25 καὶ εἰ ἔμελλε γίγνεσθαι καὶ ποιεῖν] Quod hic hominem modo denotat, verba sufficiunt: καὶ εἰ ἔμελλε ποιεῖν. Infra rem significat: ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνεται μᾶλλον τὰ μέλλοντα ἢ τὰ μὴ μέλλοντα.

28 καὶ εἰ ἐπείρασε, καὶ ἐπραξεν] Si puellam tentavit, etiam vitiavit. Alterum καὶ A om., et ex praecedenti facile intelligitur.

34 φανερὸν ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς εἰρημένοις] Sic A et vet. tr. Si verbum additur, probum est, ut v. 13: περὶ δὲ ἀδυνάτου δῆλον ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς εἰρημένοις νπάρχει. At nostro loco verbum desideratur, unde non male ceteri particulam omittunt.

33 καὶ περὶ τοῦ ἐσομένου ἐκ τῶν αὐτῶν δῆλον] Vid. ad v. 15. Vet. tr. et de futuro quidem. Nullum hic video locum particulae μέν, quae nobis indicet v. 8: περὶ δὲ μεγέθους, magis illa verba adhaerent iis, quae de praeterito locutus est.

1393 2 καὶ τὰ ἐν ἐπιθυμίᾳ καὶ ὀργῇ καὶ λογισμῷ μετὰ δυνάμεως ὅντα] Delenda sunt καὶ λογισμῷ et om. D, vid. ad p. 1392 b, 21.

3 διὰ ταῦτα καὶ εἰ ἐν ὁρῃ τοῦ ποιεῖν] διὰ et εἰ omittit A, neque consecutio διὰ ταῦτα, quae emendatione illata videtur, neque nude positum ταῦτα, praecedentibus artissime adhaerens eaque repetens pro ταῦτά τε δὴ καὶ, placet. Malim simpliciter καὶ τὰ ἐν ὁρῃ, iam Veneta τὸ inseruit, nam Aldina καὶ ἐν exhibit.

5 τὰ μέλλοντα ἢ τὰ μὴ μέλλοντα] Prius μέλλοντα om. A; probarem, si alterum deesset.

11 εἰρηται γὰρ ἐν τοῖς συμβονλευτικοῖς] I, 7. Ceterum ibi non ἀπλῶς disputavit περὶ τοῦ μεῖζονος καὶ ἐλάττονος, sed de maiore et minore bono, at separatim et de industria illud tractavit. Adverte hoc loco ἀγαθὸν commune omnium generum esse vocabulum, in quo velut species sunt συμφέρον, καλόν, δίκαιον, ita ut huius comparatione exposita simul, quid

sit μεῖζον vel ἔλαττον συμφέρον, καλόν, δίκαιον, intelligamus neque longa horum singulorum demonstratio requiratur. At in primo libro ἀγαθὸν et κακὸν idem quod συμφέρον et βλαβερὸν valet et I, 14 accurate quaestionem περὶ ἀδίκηματος μεῖζονος καὶ ἔλαττονος excussit. Vid. ad I, 3 p. 1359, 26.

16 τὸ δὲ παρὰ ταῦτα ἔτι ζητεῖν περὶ μεγέθους ἀπλῶς καὶ ὑπεροχῆς κενολογεῖν ἐστίν] Hoc quidem vere dictum, sed ipse supra id flagitavit I, 3: δῆλον ὅτι δέοι ἀν καὶ περὶ μεγέθους καὶ μικρότητος καὶ τοῦ μεῖζονος καὶ τοῦ ἔλαττονος προτάσεις ἔχειν καὶ καθόλου καὶ περὶ ἐκάστου οἷον τί μεῖζον ἀγαθὸν ἢ ἔλαττον, ἢ ἀδίκημα ἢ δικαιώμα, δύοις δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

CAP. XX.

22 λοιπὸν δὲ περὶ τῶν κοινῶν πίστεων ἀπασιν εἰπεῖν, ἐπείπερ εἰρηται περὶ τῶν ἰδίων] Transitum facit his verbis ab iis argumentis, quae singulis adhaerent generibus, ad ea, quae omnibus communia sunt; at quomodo hoc fieri potest, cum iam capite decimo octavo communia aggressus sit: λοιπὸν ἡμῖν διελθεῖν περὶ τῶν κοινῶν, quae enim praecedenti capite tractata sunt, τὸ δυνατόν, τὸ γεγονός, τὸ ἐσόμενον, τὸ μέγεθος aequa atque haec quae sequuntur, omnibus communia sunt. Itaque vis et discrimin in vocabulo πίστεων latere videtur; illae sunt προτάσεις, e quibus fidem quaerunt, haec, exemplum et enthymema, ipsa sunt πίστεις. Sed vix cuiquam haec ratio sufficiet, nam haec omnia ad fidem faciendam auditoribus adhibentur; nihil requirimus, nisi quod supra dictum est p. 1392, 1: λοιπὸν δὲ περὶ ἐνθυμήματος καὶ παραδείγματος εἰπεῖν· ἡ γὰρ γνώμη, vel λοιπὸν δὲ περὶ τῶν ἄλλων κοινῶν πίστεων ἀπασιν εἰπεῖν, παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος· ἡ γὰρ . . .

25 παραδείγμα] Vid. Plat. Politic. p. 291 (278), Zeno in Rhet. Graec. V, 396.

27 ἡ δ' ἐπαγωγὴ ἀρχή] Quia exemplum ipsum sine inductione non est et antequam cum alio conferas, universale animo concepisti cui exemplum adiungas; id docuit Analyt. prior. II, 24. poster. II. fine: δῆλον δὴ ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα

ἐπαγωγὴ γυναικεῖεν ἀναγκαῖον, καὶ γὰρ ἡ αἰσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ. Ethic. Nic. VI, 3: ἐκ προγνωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία . . ἡ μὲν γὰρ δι’ ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχῇ ἐστι καὶ τῶν καθόλου, δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν καθόλου.

30 παραβολὴ] Rhet. Graec. VI, 34. VII, 25. 1150. Alexand. in Aristot. Top. p. 254.

31 οἵον οἱ Αἰσώπειοι καὶ Λιβυκοί] Vid. Theon cap. 3, ubi λιβυστικοὶ male scriptum est. Rhet. Gr. I, 10. II, 11. 164.

31 ἐστι δὲ τὸ μὲν παράδειγμα τοιόνδε τι] Quod vera exemplum est et vulgo dicitur, indicat; at παράδειγμα Aristoteli genus est tres comprehendens species, quarum prima nunc confirmanda est; illam vero v. 28 descripsit τὸ λέγειν πρόγματα προγεγενημένα. Iam vide quid in A exstet; ibi non παράδειγμα est, sed παραδείγματα λέγειν, ut certissima sit emendatio τὸ μὲν πρόγματα λέγειν τοιόνδε τι. Verbum προγεγενημένα aut intelligendum est quod equidem puto, aut hic quoque repetitum excidit. Infra quoque p. 1394, 7 τὰ διὰ τῶν προγμάτων simpliciter dictum occurrit.

35 Δαρεῖος] Cf. ad Herodot. II, 110. A et vet. transl.: πρότερον Δαρεῖος οὐ πρότερον, ceteri, cum utrumque orationem asperam et ineptam reddat, prius omiserunt. Alterutro certe facile caremus; Vahlen p. 567 prius propter sequens καὶ πάλιν dictum censem; imo oppositum, si sanum est, fingitur verbis ὥστε καὶ οὗτος, in quibus latet καὶ νῦν οὗτος, quod deteriores addunt. In Aristotele talia magis notanda quam emendanda sunt. Tum A ἔλαβεν, non λαβεῖν, ut et infra πρὸν ἔλαβεν.

pag. 1393b 2 ὥστε καὶ οὗτος ἔλαβη, διαβήσεται, διὸ οὐκ ἐπιτρεπτέον] Artaxerxes III ad Aegyptum subigendam incitatus legatos ad Graecos, qui auxiliares milites peterent, misit; concesserunt Argivi et Thebani, negarunt Athenienses et Lacedaemonii: Aegyptus devicta est Olymp. CVII, 3 = 350. Ideo Max. Schmidt in commentatione de tempore, quo ab Aristotele hi libri conscripti et editi sint, p. 20 hoc exemplum ab auctore artem rhetorican profitente illo ipso tempore, quo Graeci utrum regem adiuwarent necne, ambigebant, prolatum esse censem. Ut in Rheticis, sic in Analyticis prior. II, 24, item quid sit

παράδειγμα docens, ex historia sumsit exemplum: τὸ τὸν Ἀθηναίους πρὸς τὸν Θηβαίους διμόρφους πολεμεῖν κακόν· Θηβαίους γὰρ οὐ συνήνεγκεν ὁ πρὸς Φωκεῖς πόλεμος. Sed ex neutro tempus quo scripta sunt, definiam, nisi quod haec non ante Phocense bellum finitum, illa non ante Artaxerxis expeditionem in Aegyptum susceptam dicta esse constat; at poterat et multo post his exemplis uti. Isocrat. Panath. § 159: *καὶ τοσοῦτον ἀπολειφθέντες τῆς τοῦ βαρβάρου φρονήσεως . . . ή μὲν Ἀργείων καὶ Θηβαίων Αἴγυπτον αὐτῷ συρκατεπολέμησεν, ἵν' ὡς μεγίστην ἔχων δύναμιν ἐπιβούλευντος τοῖς Ἑλλησιν, ήμετος δὲ καὶ Σπαρτιᾶται, συμμαχίας ήμετον ὑπαρχούσης, ἀλλοτριώτερον ἔχομεν πρὸς ήμᾶς αὐτοὺς πτλ.* Conf. Droysen Z. f. Alterth. 1839, 9 p. 935.

3 παραβολὴ δὲ τὰ Σωκρατικά, οἷον εἰ τις λέγοι διτού οὐ δεῖ αληρωτὸν ἄρχειν] Ipsius hoc Socratis dictum ab accusatoribus inter crima relatum, Xenoph. Memorab. I, 2, 9: ἀλλά, νὴ Δία, ὁ κατήγορος ἔφη, ὑπερορῶν ἐποίει τῶν καθεστώτων νόμων τὸν συνόντας, λέγων ὡς μωρὸν εἴη τὸν μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κνάμον καθιστάναι, κυβερνήτη δὲ μηδένα ἐθέλειν χρῆσθαι κναμεντῷ μηδὲ τέκτονι μηδ' αὐλητῇ μηδ' ἐπ' ἀλλα τοιαῦτα, ἢ πολλῷ ἐλάττονας βλάβης ἀμαρτανόμενα ποιεῖ τῶν περὶ τὴν πόλιν ἀμαρτανομένων.

5 ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν ἀθλητὰς αληροίη μὴ οὖ ἂν δύνανται ἀγωνίζεσθαι ἀλλ' οὐ ἂν λέχωσιν] A et vet. tr. oī μὴ δύνανται, sufficit fortasse negationis transpositio μὴ οὐ δύνανται.

7 ὡς δέον τὸν λαχόντα ἀλλὰ μὴ τὸν ἐπιστάμενον] οὐ δέον Λ omisso μὴ. An fuit ὡς οὐ δέον τὸν ἐπιστάμενον ἀλλὰ τὸν λαχόντα? — Ita et Vahlen p. 64.

8 λόγος δέ, οἷος ὁ Στησιχόδον περὶ Φαλάριδος καὶ Αἰσώπου ὑπὲρ τοῦ δημαρχοῦ] Vid. Aesopi fabul. p. 206—209 ed. Corai., qui aliorum imitationes addidit; prior enim legitur apud Conon. narr. 42. et ap. Plut. Arat. c. 38. de visitando aere alieno c. 7. XII, 215 II., altera apud Plut. εἰ πρεσβ. πολιτ. § 16. et Ioseph. Arch. VII p. 811. De Stesichori aetate, nam quae hic de Phalaride, apud Cononem de Gelone traduntur, vid. Bentleii Phalar. p. 168 seqq. Kleine

Stesichori fragg. p. 17—20. 110. Boeckhius in Corp. Inscr. II p. 319. Similis narratio Tiberii ap. Dionem in Nova Collect. Maii II, p. 553—554 § 80: ὅτι Τιβέριος οὐκ εὐχερῶς παρέλυε τῆς ἡγεμονίας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ προβαλλομένους καὶ πρὸς τοὺς τοῦτο μεμφομένους ἔλεγε τοιάνδε παραβολὴν· ἄνθρωπός τις ἦν τοὺς πόδας ἔχων ἥλκωμένους· τῶν δὲ μυιῶν ἐπικαθημένων αὐτοῖς καὶ κεντούντων τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀπεσόβει ταύτας· ὡς δέ τις τοῦτο ποιεῖν ἐπεχείρησεν, ἄνθρωπε, ἀνεβόησεν, ἄφες αὐτὰς μήπως τούτων αἱ ἐκορέσθησαν διωχθεισῶν ἔτεραι ἀντεπέλθωσι λιμάττουσαι καὶ μείζους μοι προξενήσωσι τὰς ὁδύνας· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τῶν ἡγεμόνων, ὅτι χρονίζοντες καὶ κορεννύμενοι προσέτερον τοῖς ἀρχομένοις προσφέρονται. Ceterum vel ex his exemplis fabularum origo patet ad certam quandam rem in republica demonstrandam inventarum; postea singulari illa causa neglecta iam omnibus hominibus usui esse poterant, et morales esse coeperant. Denique Aesopum non servum, sed civem fuisse, qui in concione verba faceret aliorumque causam diceret, docemur. Hic est priscus ille dicendi et horridus modus, quem Livius 2, 32 tradit.

15 τὸν ἄνθρωπον] τινὰ A et vet. transl. quod minus convenit, sed melius fortasse et τὸν abesset, ut ἵππος, ἔλαφος abstracte positum est.

16 αὐτὸν κολάσαι] αὐτὸν τιμωρήσασθαι A, verbum neuter idem repeteretur, mutatum esse videtur. Conf. Vahlen p. 63.

17 συνομολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος] Adverte subjectum mutatum, unde in Q συνωμολογήσατο, debebat vero συνωμολόγησε καί, vel συνωμολογήσαντο.

19 ἔδούλευσεν ἥδη] ἥδη om. A, recte puto, sed tum et v. 23 in δουλεύσετε ἥδη delendum est; necessaria vero illa particula v. 21 ἔχετε ἥδη, ut A et vet. tr.; ceteri enim ἥδη ἔχετε. Conf. v. 30.

24 συνηγορῶν δημαγωγῶ κρινομένῳ] Λ δημηγορῶν κρινομένω δημαγωγῶ, vet. transl. *populum alloquens cum iudicaretur rector populi*, hoc est quod flagitatur δημηγορῶν κρινομένου δημαγωγοῦ, in quo δημηγορῶν, quod vix ex voc. δημαγωγῶ aut v. 2 λόγοι δημηγορικοὶ natum est, praeter

morem de iudicio dictum est, sed propter id ipsum in vulgare συνηγορῶν correctum videtur. Vulgatam probat Finckh.

27 καὶ κυνοφαῖστὰς πολλοὺς ἔχεσθαι αὐτῆς] Plut. εἰ πρεσβυτ. πολιτ. cap. 16: ἡ μὲν γὰρ Λίσαπειος ἀλώπηξ τὸν ἔχενον οὐκ εἴτα τὸν κρότωνας αὐτῆς ἀφελεῖν βουλόμενον· ἀν γὰρ τούτους, ἔφη, μεστοὺς ἀπαλλάξης, ἔτεροι προσίσαι πεινῶντες.

31 ἐὰν δὲ τούτους ἀφέλῃ] ἀφέληται A, quod nisi praemisso τις stare nequit, sed offendit supra activum ἀφέλοι, hic medium positum ἀφέλῃ.

32 ἔφη ὁ] om. A, vet. tr., in ceteris post νῦν posita.

34 τούτον] om. vet. tr.

1 τὰ κοινὰ κλέπτοντες] *reliqua* vet. tr. ex emendatione ^{pag.} 1394 natum videtur, quod supra est τὸ λοιπὸν αἷμα, cui responderet τὰ λοιπὰ κοινά.

6 ὁέω μὲν οὖν πορίσασθαι τὰ διὰ τῶν λόγων, χρησιμώτερα δὲ πρὸς τὸ βούλευσασθαι τὰ διὰ τῶν πραγμάτων] Non recte haec vituperat acutissimus Lessingius de fabulae natura XVIII p. 203—207. Non attendit enim verba quae hic maximi sunt momenti πρὸς τὸ βούλευσασθαι. Qui enim ipsi de re ambigua deliberant, his facilius exempla quam fabula persuadeas; causam indicat Aristoteles de poet. cap. 9, ubi cur tragicis veras quam fictas historias sequi malint, docet: αἴτιον ὅτι πιθανόν ἐστι τὸ δυνατόν. τὰ μὲν οὖν μὴ γενόμενα οὕτω πιστεύομεν εἶναι δυνατά, τὰ δὲ γενόμενα φανερὸν ὅτι δυνατά· οὐ γὰρ ἀν ἐγένετο, εἰ ἦν ἀδύνατα. Recte vero in A et C ὁἄον, ex hoc enim infinitivus dependet, mutatum quod χρησιμώτερα sequitur. Paulo supra v. 5 ὁἄον in vet. tr. vertitur *facere*, i. e. *facile*, ut eum ὁάδιον inventisse credas.

10 δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι] Arist. probl. 18, 3. p. 916 b, 26: διὰ τί τοῖς παραδείγμασι χαίρουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν ταῖς ὥρησιν καὶ τοῖς λόγοις μᾶλλον τῶν ἐνθυμημάτων; ἡ ὅτι τῷ τε μανθάνειν χαίρουσι καὶ τῷ ταχύ; ὁἄον δὲ διὰ τῶν παραδειγμάτων καὶ τῶν λόγων μανθάνουσιν, ἣ γὰρ ἵσασιν ἐστι ταῦτα καὶ ἐπὶ μέρους· τὰ δὲ ἐνθυμήματα ἀπόδειξίς ἐστιν ἐκ τῶν καθόλου ἀγητον ἴσμεν ἡ τὰ μέρη. ἐτι οἷς ἀν μαρτυρῶσι πλείους,

μᾶλλον πιστεύομεν, τὰ δὲ παραδείγματα καὶ οἱ λόγοι μαρτυρίαις ἔοικασιν, αἱ δὲ διὰ τῶν μαρτύρων φάδιοι πίστεις. ἔτι τὸ ὅμοιον μανθάνουσιν ἡδέως, τὰ δὲ παραδείγματα καὶ οἱ μῆδοι τὸ ὅμοιον δεικνύουσι.

10 μὴ] οὐκ Λ, quasi esset τὸν οὐκ ἔχοντα, quod a correctoribus in μὴ mutatum esse mirum non est.

12 τοῖς δὲ φητορικοῖς] Acute τῆς δὲ φητορικῆς C idque verum puto.

16 μάρτυς γὰρ πιστὸς καὶ εἴς χρήσιμος] At utilem esse vel unum testem non quaeritur, sed unum sufficere nec plures requiri. A non πιστὸς sed χρηστός, quod illo interpretabantur; neque vero Aristotelem . . χρηστός . . χρήσιμος scripsisse puto; equidem corrigo μάρτυς γὰρ χρηστὸς καὶ εἴς ἀπόχρη. Id Vahlen p. 64 improbat.

CAP. XXI.

22 ἔστι δὲ γνώμη ἀπόφανσις] Quae sequuntur Gregor. Corinth. in Hermog. Rhet. Graec. VII p. 1154 excerpit, sed nescio quo errore Theophrastum, non Aristotelem auctorem dicit: δῆλον γὰρ ὅτι γνώμας τοὺς λόγους πάντες τοὺς καθολικοὺς ὀνομάζουσι· κατὰ γὰρ τὸν Θεόφραστον γνώμη ἔστι καθόλου ἀπόφασις [scrib. ἀπόφανσις] ἐν τοῖς πρακτέοις· εἰσὶ δὲ τούτων αἱ μὲν παράδοξοι, αἱ δὲ ἔνδοξοι, αἱ δὲ ἀμφισβητούμεναι. καὶ αἱ μὲν παράδοξοι δέονται κατασκευᾶν, οἵα ἔστιν αὔτη, χρὴ δ' οὕποθ' ὅστις κτλ. Doxopater II, 288: Σώπατρος δὲ πάλιν οὕτω καὶ αὐτὸς τὴν γνώμην ὁρίζεται· γνώμη ἔστιν ἀπόφανσις καθολικὴ περὶ ποιότητα πραγμάτων ἢ προσώπων ἢ τοῦ συναμφοτέρου . . . καθ' ἑτέρους δέ τινας πάλιν γνώμη ἔστι καθολικὴν συμβουλήν τινα καὶ παραίνεσιν ἔχουσα πρός τι τῶν ἐν τῷ βίῳ χρησίμων. Paucis et dilucide exposuit Anaximenes cap. 12: γνώμη δ' ἔστι μὲν ὡς ἐν κεφαλαίῳ καθ' ὅλων τῶν πραγμάτων δόγματος ἰδίου δήλωσις, δύο δὲ τρόποι τῶν γνωμῶν εἰσίν, οἱ μὲν ἔνδοξοι οἱ δὲ παράδοξοι. ὅταν μὲν οὖν ἔνδοξον λέγῃς, οὐδὲν δεῖ τὰς αἰτίας φέρειν· οὔτε γὰρ ἀγνοεῖται τὸ λεγόμενον οὕτω ἀπιστεῖται· ὅταν δὲ παράδοξον λέγῃς, χρὴ φράξειν τὰς αἰτίας συντόμως, ἵνα τὴν

ἀδολεσχίαν καὶ τὴν ἀπιστίαν διαφύγης. Digna sunt quae cum Aristotele conferantur schol. in Hermog. V p. 422: καὶ γνωμικὸν μέν ἔστιν ἀπόφανσις περὶ τῶν καθόλου, διδάσκουσα ὅποιά ἔστι τὰ πρόγματα ἡ ὅποια δεῖ εἶναι δίκαια ἡ συμφέροντα ἀνευ ὀρισμένων ὄνομάτων· αἱ γὰρ ἐν ταῖς ὀρισμέναις τέχναις ἀποφάνσεις οὐ γνῶμαι, οἷον σημεῖον οὗ μέρος οὐδέν, καὶ διὸ δύο τέσσαρα, ἀλλ' ὅσα περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν γνωμοτυποῦμεν τοῦ δικαίου καὶ τοῦ συμφέροντος καὶ ὅσα οὐδεμιᾶς τέχνης ἀφωρισμένα οἶον [Eurip. Phoen. v. 414]

εὖ πράττε, τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἦν τις δυστυχῆ.
καὶ τὸ [Dem. p. 16]. τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. καὶ πάλιν, οὐδὲ γὰρ οἶόν τε τοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ διαφέροντας μὴ καὶ κινδυνεύειν αἰρεῖσθαι τῆς εὐσεβείας ἔνεκα· πᾶσι γὰρ τοῖς ἐπ' εὐσεβείᾳ διαφέρονται καὶ τὸ κινδυνεύειν [καὶ] θέλειν ὑπὲρ τοῦ μένειν διοίοντας ἀναγκαῖόν τι γίνεται. ταῦτα μὲν ὅποιά ἔστι σημαίνει τὰ πρόγματα, ὅποια δὲ δεῖ εἶναι ὡς τοῦτο, εἴ γὰρ ἀθανάτου δόξης τυχεῖν, ω̄ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθέλετε, χρὴ πᾶν ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παθεῖν ἡ προέσθαι ταῦτα φαῦλά τινα φοβηθέντας καὶ πρόσκαιρα. Idem auctor VII p. 765: γνώμη δέ ἔστιν, ὡς φησιν Ἀλέξανδρος, καθολικὴ ἀπόφανσις περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως ἐχόντων ἡ ἔχειν ὀφειλόντων. τῶν δὲ γνωμῶν ἔνια μὲν χωρὶς ἀποδεῖξεως λέγονται οἷον, εἰς οἰωνὸς ἄριστος, αἱ δὲ μετὰ ἀποδεῖξεως. τούτων δὲ αἱ μὲν λεληθυῖαν ἔχουσι τὴν ἀπόδειξιν, αἱ δὲ φανεράν, λεληθυῖαν μὲν ὡς αἱ τοιαῦται [Eurip. Fragm. p. 126 M.]

ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
τὸν δ' αὐτὸν τὰ κακά πόνων πεπαυμένουν
χαιρούστας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

τοῦ μὲν γὰρ τὸν φύντα θρηνεῖν ἀπόδειξις τὸ εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, ώσαύτως καὶ τοῦ ἐπὶ θανόντι χαιρεῖν τὸ πόνων λελασμένον. φανεράν δὲ ἔχουσιν αἱ τοιαῦται τὴν ἀπόδειξιν, ἔστι μήτηρ πατρός φιλοτεκνοτέρα, ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν δυντα, ὁ δὲ οἰεται [Aristot. Ethic. Nicom. VIII, 14. IX, 7]. διαφέρει δὲ γνώμης ἐνθύμημα ως Ἀλέξαν-

δρός φησι· τῆς μὲν ἀναποδείκτου προδήλως διαφέρει τῷ ἐκείνῃ μὲν ψιλῇ εἶναι ἀπόφανσιν, τὸ δὲ ὥσπερ συλλογισμόν τινα, τῆς δὲ ἀποδεδειγμένης ή τὰ μέρη τῶν ὅλων· ἐμπεριέχεται γὰρ τῇ γνώμῃ τὸ ἐνθύμημα, μέρος δὲ ἐκεῖνο καθὸ δὲ ἀπόφανσις ἀποδέδεικται.

A exhibet δ' ή γνώμη, sed articulo nullus locus, ut et hic fuisse credam ἔστω δὴ γνώμη, idem liber cum vet. tr. οὐ μέντοι οὕτε περί, cui aptum est quod deteriores codices deinde praebent οὕτε περὶ πάντων καθόλου, sed neque hi prius οὕτε agnoscunt, et A sic pergit καὶ οὐ περὶ πάντων, neglecto postremo vocabulo, quod facile intelligitur, ut nesciam quomodo illud οὕτε defendam.

26 ὥστ' ἐπεὶ τὰ ἐνθύμηματα ὁ περὶ τούτων συλλογισμός ἔστι, σχεδὸν τά τε συμπεράσματα τῶν ἐνθύμημάτων καὶ αἱ ἀρχαὶ ἀφαιρεθέντος τοῦ συλλογισμοῦ γνῶμαι εἰσιν] Idem aliis verbis, quae non Aristotelis, sed Stoicorum doctrinam indicant, ex Neocle schol. Rhet. Graec. VII p. 765, ubi et de syllogismo notatu haud indigna plura leguntur, tradit: τῶν δὲ ἐνθύμημάτων ὅπόσα μὲν κατὰ τῶν συνεχόντων τὴν καθήγησιν πρόεισι, καθολικῶς ὡς φησι Νεοκλῆς, ἐξενεχθέντα, γνῶμαι εὐθὺς γίνονται· ὅπόσα δὲ καὶ τὸ καθηγούμενον τοῦ ξητουμένου περιελληφε, πάντως περιέχει (τὸ) γνωμικῶς ἐξηγηθαὶ δυνάμενον· ἀπλῶς γάρ, φησί, τὸ ἐπισυνδέον τὴν καθήγησιν ἐν συλλογισμῷ καθολικῶς ἐξενεχθὲν γνώμη γίνεται, καὶ ἀνάπτατιν δὲ ἀπὸ πάσης γνώμης ἐνθύμημα δύναται γενέσθαι.

Cod. A et vet. transl. περὶ τοιούτων, quod apud Beckerum non adnotatum est, pro περὶ τούτων.

29 χρὴ δ' οὐ ποτ', ὃς τις] Eurip. Medea v. 296 seqq., ubi vid. interpp. παρ' ἀστῶν ex A, apud Eurip. πρὸς ἀστῶν. Antiph. VI, 10.

^{pag.} 1394b 2 οὐκ ἔστιν ὃς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ] Ex Euripi-dis Stheneboea initium prologi, vid. Aristoph. Ran. v. 1250. Fragm. p. 329. Ratio sententiae haec addita est:

ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον,
ἢ δυσγενῆς ὥν πλονσίαν ἀροῖ πλάκα.

Omisit auctor hos versus; nam de sententia, non de enthymemate loquitur, unde necessario non erant addendi, ceterum

In front of the ice cap over the
ice field and by melting in
place plants 231 C.

satis noti tunc temporis; quare rationem librariorum negligentia excidisse non puto.

4 οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν ὃς τις ἔστ' ἐλεύθερος] Eurip. Hecub. v. 858, ubi exstat ἔστι τι θυητῶν.

7 ἀνάγκη τέτταρα εἰδη εἶναι γνώμης] Quatuor illae species sunt:

<i>γνώμη</i>		
<i>μετ' ἐπιλόγου</i>	<i>ἄνευ ἐπιλόγου</i>	
ἐνθυμήματος μέρος	ἐνθυμητικὰ μέν, οὐκ ἐνθυ- μήματος δὲ μέρος	διὰ τὸ προ- εγνῶσθαι δῆλαι ἐπιβλέ- ψασιν

Sufficit vero prior divisio in duas partes, quam sequuntur Anaximenes cap. 12. Auctor ad Herennium IV, 17, 24, malimque Aristoteles scripsisset δύο εἰδη.

9 ἀποδεῖξεως μὲν οὖν δεόμεναι] Greg. Corinth. in Hermog. VII p. 1154: τὰς δὲ ἐνδόξους χρὴ λέγειν ἄνευ ἀποδεῖξεως οἶν, ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν ἀριστόν ἔστι. Conf. Arist. Eth. Nic. I, 9.

13 ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν] Stephanus p. 291: Σιμωνίδον ἔστιν ἀπὸ τῶν σκολιῶν αὐτοῦ ἐπῶν, οἱ δὲ Ἐπιχάρμον. Huius esse dicit Meineke Comic. graec. III, 169 ἐμὸν pro ἡμῖν corrigens. Schneidew. Philolog. III, 21. Λ et vet. tr., quod Bekkerum fugit, ὑγιαίνειν μὲν ἀριστον, invitis numeris, sed iidem statim non male φαίνεται μὲν γάρ, ceteri μὲν om.

16 οὐδεὶς ἔραστὴς ὃς τις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ] Eurip. Troad. v. 1061, ubi vid. Seidl.; Euripidis libri οὐκ ἔστ' scribunt, οὐδεὶς item Arist. Ethic. Eud. VII, 2.

22 ἀθάνατον ὁργὴν μὴ φύλασσε θυητὸς ὥν] Legebatur inter monostichos versus, nisi quod ἔχθραν, non ὁργὴν, nescio unde excusum erat, sed Brunckius poet. gnom. p. 301 Sch. nimia levitate ductus Christianum auctorem esse putans, ex illa sylloge facessere iussit; at disputaverat multum Bentleius Phalar. p. 257. 266 seqq. Euripides in Philoct. p. 286 M.:

ἄσπερ δὲ θυητὸν καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἔφυ,
οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὁργὴν ἔχειν
ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Dionys. Arch. V, 4: ἀνθρωποντος δ' ὄντας μηδὲν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν φρονεῖν μηδ' ἀθανάτους ἔχειν τὰς ὁργὰς ἐν θυητοῖς σώμασιν. VIII, 50. Phal. epist. LI: θυητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὁργὴν ἔχειν, ᾧς φασί τινες, οὐ προσήκει, e quibus Porsonus ad Med. v. 138 οὕτοι corrigens senarios fecit.

23 δεῖν ἀεὶ φυλάττειν τὴν ὁργὴν] A δεῖν φυλάττειν, et vocabulum ἀεὶ om. etiam vet. tr.; verba vero τὴν ὁργὴν deesse apud Vict. et Gaisf. adnotatum est, tacet Bekkerus; verum puto μὴ δεῖν φυλάττειν, pertinent enim haec ad prima versus verba ἀθάνατον ὁργὴν iisque adnexa esse cogites, sic nihil requiritur. Sequens quoque λέγει post διὰ τί deest in A et vet. tr. eoque facile caremus, ut τὸ διὰ τί eadem sit forma qua γνώμη.

24 ὅμοιον δὲ καὶ τὸ] ὅμοίως A, vet. transl., quod minus aptum videbatur, ideoque correctum est; etiam τὸ om. A.

25 θνατὰ χρὴ τὸν θνατόν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν] Arist. Ethic. Nic. X, 7: οὐ χρὴ δὲ κατὰ τοὺς παραινοῦντας ἀνθρώπινα φρονεῖν ἀνθρωπον ὄντα οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλὰ ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀθανατίζειν καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ ξῆν, ubi vid. Zell p. 458. Similiter hunc versum corrigit Isocrat. ad Demon. § 32: ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι, θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν. Si Epicharmi est versus, male vulgares formas θνητὰ atque θνητὸν exhibet A, sed facile aliquis, si Attici est poetae, propter concinnitatem vocis ἀθάνατα doricam formam inferre poterat, quam ceteri omnes praeferunt.

27 καὶ περὶ ποιῶν ἔκαστον ἀρμόττει] Sic omnes libri, et vet. transl. EM *circa quale*, Victorii vero codex *circa qualia*; tacite Victorius genitivum ποίων reddidit, qui initio capituli legitur quemque ea quae sequuntur confirmare videntur; utroque tamen loco verbum χρῆσθαι, quod hic non appareat, ibi additum legi negligendum non est.

32 περὶ δὲ τῶν μὴ παραδόξων ἀδήλων δὲ] Gregorius Corinth. in Hermog. Rhet. Gr. VII p. 1155: τῶν δὲ μὴ παραδόξων, ἀδήλων δὲ καὶ ἀμφιβόλων προστιθέναι δεῖ τὰς αἰτίας σὺν ἀποφθέγμασιν, οἷον εἴ τις λέγει ὅπερ Στησί-

χροος εἰπεν ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες αὐτοῖς χαμόθεν ἄσωσιν· ἐὰν γὰρ ὥσιν οἱ ὑβρίζοντες δυνατώτεροι, δενδροτομήσοντι τὴν χώραν ἀπασαν τοσοῦτον, ὥστε μηδὲ τοὺς τέττιγας ἔχειν ἐνθα καθεσθέντες ἄσουσιν. In quibus Aristotelis verba non religiose descripta vides, et ne de interpretatione dubites, Gregorius scripsit: ἐὰν γὰρ ὥσιν ὑβρίζοντες, οἱ δυνατώτεροι δενδρ., ut explicat Demetrius de elocut. § 243., qui Dionysio hoc dictum § 99 tribuit; Stesichorum auctorem esse Aristoteles et infra III, 11 repetit, conf. Goeller ad Demetr. p. 116. Eustath. ad Il. III, 151. Kleine ad Stesich. p. 113.

2 χαμόθεν] χαμᾶθεν Cobet Novae lect. p. 150. pag.
1395

2 ἀρμόττει δὲ γνωμολογεῖν] Auct. ad Herenn. IV, 17: sententias interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi praeceptratores esse videamur. Quintil. VIII, 5 p. 721 B: in hoc genere custodiendum est et id quidem ubique, ne crebrae sint, ne palam falsae, quales frequenter ab iis dicuntur, qui haec καθολικὰ vocant et quidquid pro causa videtur, quasi indubitatum pronuntiant, et ne passim et a quoque dicantur; magis enim decent eos, in quibus est auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet; quis enim ferat puerum aut adolescentulum aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo et quodammodo praecipiat?

3 πρεσβυτέροις] πρεσβυτέρων Λ, unde Q πρεσβυτέρω, singularis numerus etiam in vet. transl., veteres editiones πρεσβύτερον exhibent.

7 καὶ ὁρδίως ἀποφαίνονται] καθόλον addendum censem Vahlen p. 12, sic male ter redit idem vocabulum. γνώμας ex γνωμοτύποι facile intelligitur.

8 καθόλον δὲ μὴ ὄντος καθόλον εἰπεῖν] Quae Anaximeni cap. 12 est γνώμη ἐξ ὑπερβολῆς, argumentis aut anteponenda aut postponenda.

13 οἶον παρακαλοῦντι ἐπὶ τὸ κινδυνεύειν μὴ θνατεῖνος, εἰς οἰωνὸς ἀριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης] Il. XII, 243. Epaminondam intelligere videtur, quem ante pugnam Leuctricam infelici omine cum exercitu urbe egressum versum illum, quo militum animos confirmaret, protulisse Diodorus XV, 52 narrat. Cic. Cat. maior. 4: *Quintus Fabius Maximus augur*

cum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quae pro rei publicae salute gererentur; quae contra rem publicam fierent, contra auspicia fieri.

14 καὶ ἐπὶ τὸ ἥπτον ὄντας ξυνός Ἐννάλιος] II. XVIII, 309. Ne cum Wolfio et Gaisfordo corrupta haec censeas, ex iis quae praecedunt, intellige ἐπὶ τὸ κινδυνεύειν.

17 νήπιος ὃς πατέρα πτείνας παῖδας παταλείπει] Stasini versus, de quo vid. ad I, 15.

19 Ἀττικὸς πάροικος] De molestis vicinis, ut facile concicias, proverbium, Zenob. II, 28 ibique interpp. confer modo quae de Atheniensibus ipsis dicuntur in Isocr. Antid. § 300.

19 δεῖ δὲ τὰς γνώμας λέγειν καὶ παρὰ τὰ δεδημοσιευμένα] Non intelligo articulum τάς, neque quae dicuntur, γνῶμαι sunt; praecepit enim per vulgatas sententias interdum impugnandas esse. πάντα pro παρὰ τὰ A, quod recte emendatum esse non dubito; sed τὰς γνώμας male illatum et delendum esse videtur, nisi forte malis καὶ παρὰ τὰς δεδημοσιευμένας γνώμας, λέγω δὲ δεδημοσιευμένας.

22 εἰρημένη ἦ] Ita Bekkerus ex coniectura, quam confirmat C, ἦ enim om. A, ceteri ἔστιν, unde eorum interpolatam originem, agnoscere licet.

24 οὗτος γοῦν εἰ ἐγίγνωσκεν ἑαυτόν, οὐκ ἀν ποτε στρατηγεῖν ἡξέωσεν] Acute hoc Victorius ab eo dictum censet, qui Iphicratem humili loco natum laudavit contra eos, qui illi ignobilitatem obiicerent.

25 τὸ δὲ ἥθος βέλτιον] Lysias XX, 33: καὶ μηδαμῶς τοῖς λέγουσι βεβαιώσητε λόγον τὸν πάντων πονηρότατον· λέγεται γὰρ τοὺς πακῶς πεπονθότας μεμνῆσθαι μᾶλλον ἦ τοὺς εὗ. τίς γὰρ ἔτι θελήσει χρηστὸς εἶναι . .

pag. 1395b 2 διὰ τὴν φορτικότητα τῶν ἀκροατῶν] Vid. Zell ad Ethic. Nicom. p. 20 ibiq. Muretus.

2 χαίρουσι γὰρ] Auct. ad Herennium IV, 17 de raro interpositis sententiis: *quum ita interponentur, multum afferent ornamenti; necesse est enim eam comprobet tacitus auditor, quum ad causam videat accommodari rem certam ex vita et moribus sumptam.*

9 οὐδὲν γειτονίας χαλεπάτερον] Demosth. in Calliclem init. p. 1272: οὐκ ἦν ἄρ, ὡς ἀνδρες Ἀθηναῖοι, χαλεπάτε-

ρον οὐδὲν ἡ γείτονος πουηροῦ καὶ πλεονέκτον τυχεῖν,
ὅπερ ἔμοι νννὶ συμβέβηκεν, ubi ἄρα vulgatum fuisse pro-
verbium indicat. Isocr. Plat. § 18. ὅτι post εἰπόντος, quod
hanc sententiam introducat, om. A et vet. tr., idque abesse pot-
est, etiamsi sequatur ἡ ὅτι

10 οὐδὲν ἡλιθιώτερον τεκνοπούλας] Conf. Gellius II, 23
ibique Menander:

ῳ τοῖς κακοδαίμων ὅστις ὥν πένης γαμεῖ
καὶ παιδοποιεῖθ', ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ.

12 ταύτην τε δὴ ἔχει μίαν χρῆσιν] Ita recte Bekkerus
ex varietate restituit, δὲ δὴ ἔχειν μίαν χρῆσιν A, ceteri τε
δεῖ μίαν χρῆσιν ἔχειν, vet. transl. hunc autem oportet unum
habere usum ei, quod in sententias loqui. Repetit supra dicta
βιόγθειαν μεγάλην μίαν μὲν δὴ διά, ubi δὴ A et vet. tr. recte
omittunt, et transitum facit . . τε δὴ . . καὶ . . quod frequent-
tatum Herodoto, Pausaniae, Straboni, aliis, saepe in libris de-
pravatum.

14 ἦθος δ' ἔχουσιν οἱ λόγοι ἐν ὅσοις δήλη ἡ προαιρεσις]
Vid. III, 16. Poet. 6 ibique Tyrw. p. 127. Item cap. 15, et
substantivum etiam infra v. 17 in A, qui προαιρέσεων, non
προαιρετῶν exhibet.

19 εἰρήσθω τοσαῦτα] ταῦτα A, vet. tr., vid. ad I,
11 fine.

CAP. XXII.

22 ἐκατέρον] ἐκάτερον A, non male, haec enim duae
diversae sunt species.

23 εἴρηται πρότερον] I, 2 p. 1356 b, 3, neque ibi τις,
quod A recte omittit, post συλλογισμὸς apparet.

28 ὥσπερ φασὶν οἱ ποιηταὶ τοὺς ἀπαιδεύτους παρ'
ὄχλῳ μονσικωτέρονς λέγειν] Eurip. Hippolyt. v. 989:

ἔγω δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
εἰς ἡλικας δὲ καλίγρους σοφάτερος.

ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ'. οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μονσικώτεροι λέγειν.

ibique Valcken; ex A aliisque cum Victorio dedimus adiecti-
vum, non adverbium μονσικωτέρως, quod Bekkerus scripsit

et vulgatae rationi dicendi magis convenit; Aristoteles ipsius poetae verba eorumque structuram reddere voluit.
 pag. 1396 1 καὶ τοῦτο δ' ὅτι οὕτω φαίνεται, δῆλον εἶναι ἢ πᾶσιν ἡ τοῖς πλείστοις] A et vet. tr. δὴ ὅτι . . εἶναι ἀπασιν. Infinitivi εἶναι . . συνάγειν dependent ex ὥστε.

4 πρῶτον μὲν οὖν δεῖ λαβεῖν] Quidnam? nam id desiderari videtur; omnia vero quae sequuntur plurima uno tenore cohaerent et v. 33 denuo ad prima recurrit: ὥστε . . φανερὸν ὅτι ἀναγκαῖον . . πρῶτον περὶ ἐκαστον ἔχειν ἔξειλεγμένα κτλ.

8 εἰς πολεμητέον ἢ μὴ πολεμητέον] Postrema tria verba om. A et vet. tr. inclusitque Gaisfordus; propter verbum repetitum casu exciderunt, nam necessaria sunt, quod συμβουλεύειν et προτρέπειν et ἀποτρέπειν significat atque utrumque indicandum est.

10 πότερον ναυτικὴ ἢ πεζικὴ] Scrib. πεζή.

11 ἔτι δὲ τίνας πολέμους πεπολεμήκασι καὶ πῶς] Eadem supra ubi eandem rem tractavit I, 4: ἔτι δὲ πολέμους τίνας καὶ πῶς πεπολέμηκεν. Tamen hic A exhibet εἴτε τινάς, quod ex illo loco fort. correctum est, sed offendit τινάς praepositum, an fuit εἴτα τίνας?

14 τὰ ὑπὲρ Ἡρακλειδῶν πραχθέντα] A τῶν ἡρακλειωδῶν λεχθέντα, vet. tr. aut ea quae pro Heraclidibus producta, probo verbum illud, ut τὰ μνθολογούμενα a rebus gestis discernantur.

19 τὸν πρὸς τὸν βάρβαρον συμμαχεσαμένους καὶ ἀριστεύσαντας] Transponit A: ἀριστεύσαντας καὶ συμμαχεσαμένους, quod ab aliis improbatum esse non mirum.

20 ἡνδραποδίσαντο Αἰγινήτας καὶ Ποτιδαιάτας καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα] De Aeginetis vid. Thucyd. II, 27. IV, 5. Diodor. XII, 44. de Potidaeatis Thuc. II, 70. Diod. XII, 46. Praeterea intellige Meliorum, Scionaeorum, Toronaeorum mala ab Atheniensibus inflata.

21 καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ἀμάρτημα ὑπάρχει αὐτοῖς] Illoc apertissime δἰς ταῦτόν, et alterutrum vacat; utrum ipse ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης corrigens dederit posterius, an interpolator, disceptare nolo, mihi quod brevius est, placet. — Sufficit fort. alterum καὶ deletum.

24 περὶ Ἀθηναίων ἢ Λακεδαιμονίων] καὶ Λακ. Bekkerus ex Q et A affert, at A ap. Gaisf. praebet: περὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων, atque ita etiam vet. transl., idque corrigendum fuisse apparet, aequo atque ἀνθρώπους ἢ θεούς, quod in A legitur.

30 εἰ τι συμφέρον] τι om. A, nec opus tertium repetitum hic legi.

32 οὗν περὶ δικαιοσύνης, εἰ ἀγαθὸν ἢ μὴ ἀγαθόν] Postrema tria verba om. A, casu ut videtur; auctor Platonis reipublicae argumentum his attingit.

34 πάντες] οἱ πάντες A, num ἄπαντες?

3 καὶ διὰ τοῦ λόγου δῆλον ὅτι] Non opus est γὰρ in pag. 1396^b seri ante ὅτι, quod omnes praeter A praebent. διὰ τοῦ λόγου idem est quod supra I, 2 p. 1356, 4. 19.

4 φανερὸν ὅτι ἀναγκαῖον, ὕσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, πρῶτον περὶ ἔκαστον ἔχειν] Necesse est oratorem non minus quam dialecticum sibi rerum, de quibus agendum est, scientiam acquirere. Topic. I, 14: τὰς δὲ διαγοαφὰς ποιεῖσθαι ἐπὶ ἔκαστον γένους ὑποτιθέντας χωρὶς, οὗν περὶ ἀγαθοῦ ἢ περὶ ζώου καὶ περὶ ἀγαθοῦ παντὸς ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ τι ὅτι. Primus Topicorum liber in primis hanc rem tractat. Analyt. prior. I, 30: καθ' ἔκαστον δὲ δεῖ ἐκλέγειν τῶν ὅντων οὗν περὶ ἀγαθοῦ ἢ ἐπιστήμης. Muretus in versione περὶ ἔκαστον omisit, sine causa, quamvis alterum περὶ omitti possit.

7 ἀποβλέποντα] Paulo post Bekkerus tacite περιγράφοντας ex solo A, puto; plures enim περιγράφοντα cum vet. tr.; concinnitas utroque loco idem flagitat, et multitudinis numerus praestat, si haec dependeant e verbis πάντες οὕτω φαίνονται ἀποδεικνύντες, id vero neque necessarium est et singulari auctor saepe utitur, ut supra v. 25, accedit, sic deinde verum esse, quod A v. 10 praebet ἔχη, unde περιγράφοντα scribimus.

10 ἔχηται] ἔχη A cique convenit δεικνύναι, unde coniicias ἀν τις πλείω ἔχη, ne hoc quidem necessarium est; intelligitur enim ille ἀποβλέπων et περιγράφων.

12 λέγω δὲ κοινὰ μὲν] λέγομεν δὲ κοινὰ A secundum Bekkerum, quod errore factum est, disertim enim Victorius non

hoc ibi legi, sed λέγω δὲ κοινὰ μέν, idemque ex varietate ap. Gaisf. apparet, atque ita vet. transl. Itaque pro A scriendum erit QYZ.

18 καὶ τὸν Κύκνον] Pindar. Olymp. II, 90 de Achille:
 ὅς "Επτορ' ἔσφαλε, Τροίας
 ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα, Κύκνον τε θαυμάτῳ πόρεν,
 Ἀοὺς τε παιδ' Αἰθίοπα.

19 καὶ ὅτι νεώτερος καὶ οὐκ ἔνορκος ὡν ἐστράτευσεν] Pausanias III, 24, 10 seq.

20 εἰς μὲν οὖν τρόπος τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τοπικός] A et vet. transl. οὖν τόπος. Intelligit quae de rerum cognitione oratori necessaria hucusque exposuit, eamque maximi esse momenti denuo indicavit: πρῶτον μὲν οὖν δεῖ λαβεῖν ὅτι . . ἀναγκαῖον καὶ τὰ τούτῳ ἔχειν ὑπάρχοντα, item: φανερὸν ὅτι ἀναγκαῖον ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, πρῶτον περὶ ἔκαστον ἔχειν ἔξειλεγμένα. Iure itaque et hic πρῶτος οὗτος. τρόπος vero cum Bekkero aliisque restitendum erat, non tam quod supra est τίνα τρόπου δεῖ ξητεῖν, ut Muretus censet, sed quod hic τόπος non est, tum quod paulo post ubi alterum quod restat, τοὺς τόπους, aggreditur, dicit: ἔτι δ' ἄλλον τρόπον καθόλον περὶ ἀπάντων λάβωμεν. Unde et verba ὁ τοπικός cum Mureto (qui corrigit: εἰς μὲν οὖν τῆς ἐκλογῆς καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τρόπος) tollenda puto, e varietate nata; alii enim et hic ὁ τόπος legunt. Mihi τῆς ἐκλογῆς admodum displicet, non enim sequitur ἄλλος τρόπος τῆς ἐκλογῆς καὶ δεύτερος, debebatque dicere τρόπος ὁ τῆς ἐκλογῆς. Vocabulum insertum videtur, atque auctor, nam καὶ in A non exstat, scripsisse: εἰς μὲν οὖν τρόπος πρῶτος οὗτος, ut enthymemata ad quamcunque rem exponendam inventiamus. Analyt. post. I, 22: εἰς μὲν οὖν τρόπος λέγεται ἀποδεῖξεως οὗτος. ἔτι δὲ ἄλλος εἰ κτλ. II, 8 p. 93, 9. Cum altera ratio non statim addatur: ἔτι δ' ἄλλον . . λάβωμεν καὶ τὰ στοιχεῖα τῶν ἐνθυμημάτων λέγωμεν, verba nude posita τὰ δὲ στοιχεῖα τ. ἐ. λ. sanc offendunt, melius ferenda, si νῦν inseritur verbo, quod transitum ad τόπους indicet.

22 πρῶτον δ' εἰπωμεν περὶ ὡν ἀναγκαῖον εἰπεῖν πρῶτον] III, 1: τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἔξητήθη κατὰ φύσιν ὅπερ πέφυκε πρῶτον. Poetic. 1: λέγωμεν ἀρχάμενοι κατὰ φύ-

σιν πρώτον ἀπὸ τῶν πρώτων. Sophist. elench. 1: λέγωμεν ἀρχάμενοι κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων, ubi πρώτον for-
tasse librariorum culpa deest. De partib. animal. I, 5 sine:
τὰς δ' αἰτίας πειραθῶμεν εἰπεῖν περὶ τε τῶν κοινῶν καὶ
τῶν ἴδιων ἀρχάμενοι καθάπερ διωρίσαμεν πρώτον ἀπὸ
τῶν πρώτων. περὶ αἰσθητῶν p. 436, 5: τὰ μὲν οὖν εἰ-
ρημένα περὶ ψυχῆς ὑποκείσθω, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν λέ-
γωμεν καὶ πρώτον περὶ τῶν πρώτων. Ethic. Eud. I, 7:
πεπροοιμασμένων δὲ καὶ τούτων λέγωμεν ἀρχάμενοι πρώ-
τον ἀπὸ τῶν πρώτων. Polit. II, 1: ἀρχὴν δὲ πρώτον ποι-
ητέον ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ ταύτης τῆς σκέψεως. Physic.
VIII, 10: ὅτι τοῦτ' ἀμερὲς ἀναγκαῖον εἶναι καὶ μηδὲν ἔχειν
μέγεθος νῦν λέγωμεν, πρώτον περὶ τῶν προτέρων αὐτοῦ
διορίσαντες. Sic h. l. omnes libri, non πρώτων.

23 ἔστι γὰρ τῶν ἐνθυμημάτων εἶδη δύο· τὰ μὲν γὰρ
δεικτικά ἔστιν ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, τὰ δ' ἐλεγκτικά]
III, 17. Rhet. Graec. V, 406. VII, 766: ἔτι τῶν ἐνθυμη-
μάτων τὰ μὲν ἔστιν ἐλεγκτικά, τὰ δὲ δεικτικά. δεικτικά
μὲν οὖν τὰ κατ' ἔμφασιν ἀκολουθίας προϊόντα, οἷον τὸ
γὰρ εὗ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρο-
νεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. ἐλεγκτικά δὲ τὰ κατ' ἔμφασιν
μάχης ὡς ἔχει ἐπὶ τοῦ Λυκούργου· οὐ γὰρ Σόλων μὲν
αὐτὸ παρέλιπεν, Αὐτοκλῆς δὲ εὑρετο [εὗρεν?]. τὸ δ' αὐτό
φησι ('Αλέξανδρος) διανόημα ἑτέρως δύναται μεταχειρίζε-
σθαι τῆς αὐτῆς γινομένης διαφορᾶς· τὰ μὲν γὰρ δεικτικά
πρὸς πρᾶγμά τι συνίσταται, τὰ δὲ ἐλεγκτικά πρὸς πρόσ-
ωπον. ἐπεὶ δὲ πᾶν ἐνθύμημα ὡς ἔφαμεν, ἢ ἐκ μάχης ἢ
ἔξ ἀκολουθίας γίνεται, ἀναγκαῖον περὶ ἀκολουθίας καὶ
μάχης εἰπεῖν. ἔνιοι μὲν οὖν τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, ὡς
'Αλέξανδρός φησιν, οὐδεμίαν διαφορὰν οἴονται τούτων εἰ-
ναι, ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῶν ἔξ αὐτῶν προδήλως δεικνύοντιν
ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτα ἄλλ' ἔτερα. Ex Alexandro, Neocle aliis-
que turbidis rivis quae ex fonte ipso melius haurire poterant,
postiores sumserunt; vix credas his Aristotelis libros de rhe-
torica notos fuisse.

25 ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐλεγχος καὶ συλλο-
γισμός] Analyt. prior. II, 20. Soph. el. 1. 6. 9.

28 τὸ δὲ ἐλεγκτικὸν τὸ τὰ ἀνομολογούμενα συνάγειν]

Ut in Organo dicit: συλλογισμὸς μετ' ἀντιφάσεως τοῦ συμπεράσματος, vel ἀντιφάσεως συλλογισμός, vel ut infra II, 23. III, 9: συναγωγὴ τῶν ἀντικειμένων.

29 περὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων] ἔκαστον scriendum quod coniecerunt Victorius, Muretus, Buhlius, et ita vet. transl. ἔκαστα BCDE.

33 καὶ περὶ τῶν ἡθῶν καὶ παθημάτων καὶ ἔξεων ὀσαύτως εἰλημμένοι ἡμῖν ὑπάρχουσι πρότερον οἱ τόποι] Quod supra II, 18 indicavit, hic repetit; exposuit εἰδη (de quibus vid. I, 2 finem), h. e. τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν, τὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν, τὸ δίκαιον καὶ ἀδίκον, item τὰ πάθη et ἡθη eorumque locos tractavit; iam aggreditur τόπους. Unde quorundam librorum lectionem, quam Muretus probavit, εἰδικῶν παθημάτων nullum praebere sensum appetat, sed admodum me offendunt verba καὶ ἔξεων; neque enim disertim ἔξεις exposuit (vid. I, 9. II, 12 ibiq. not.), neque necessariam rhetoricae partem esse unquam monuit, ut iis quae hucusque accurate illustrata erant, nullo iure ἔξεις adderet. Quod deteriores libri praebent ἔξ αὖ, nihil nisi corruptum ἔξεων est. παθημάτων pro παθῶν ex usu Aristotelis est, vid. Ueber die κάθαρσις p. 38 seqq., sed morum et affectuum mentio hic abundat nec, si supra dicta cap. 18 vera sunt, ferri potest. Haec sufficiunt ἔξειλεγμέναι . . . ἔκαστον, ἔξ αὖ . . . περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, καὶ δικαίου καὶ ἀδίκου. vel si particula sana est . . . ἔκαστον, ὥστ' ἔξ αὖ . . . ἀδίκου ἡμῖν ὑπάρχουσιν, sive addito sive neglecto εἰλημμένοι, nam in A exstat εἰλημμένων. Conf. comment. p. 37 seq. Vahlen p. 75.

1 ἔτι δ' ἄλλον τρόπον καθόλον περὶ ἀπάντων λάβωμεν] Locos non uni alterive generi, hos enim singulos iam exposuit, sed omnibus tribus communes enumerare vult, ut totius inventionis divisio docet, vid. II, 18. I, 2, ubi exemplum est ὁ τοῦ μᾶλλον καὶ ἡττον τόπος. Inveniuntur tamen in sequenti capite loci, qui ex hoc numero excludendi et ex Aristotelis consilio parum recte inserti sunt, ut locus XX: ἄλλος κοινὸς καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι καὶ τοῖς συμβουλεύουσι, et XXVII: ἄλλος ἐκ τῶν ἀμαρτηθέντων κατηγορεῖν καὶ ἀπολογεῖσθαι, quibus auctor ipse, cui generi utilis sit locus vel

pag.
1397

inutilis, indicat; idem et de aliis dixeris, v. c. XXIII: ἄλλος τοῖς προδιαβεβλημένοις καὶ ἀνθρώποις καὶ πράγμασιν ἦ δοκοῦσι τὸ λέγειν τὴν αἰτίαν τοῦ παραδόξου parum convenit generi deliberativo, neque XXV: ἄλλος εἴτε ἐνεδέχετο βέλτιον ἄλλως ἢ ἐνδέχεται ὡν ἢ συμβούλευει ἢ πράττει ἢ πέπραχε σκοπεῖν demonstrativo generi aptus et ab ipso auctore ad unum genus iudiciale translatus est, cui soli convenit et locus VI: ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὐτοὺς πρὸς τὸν εἰπόντα. Haec Aristotelem non minus quam ceteros rhetores vel invitum in primis genus iudiciale excoluisse demonstrant. Quae communia essent omnibus, iam a prima rhetoricae aetate disquirebantur, vid. Anaxim. cap. 7 seqq.; Aristotelem vero praeter auctorem in Rhet. Gr. V, 404 nemo secutus est; posteriores tamen hanc rem non prorsus neglexisse, sed ut coniicere licet, ex philosophorum disciplina via et ratione prosequentes excussisse, quae apud Ciceronem aliasque (de quibus vid. seq. adnot.) leguntur, probant; multa cum singula magis curarent genera, in exornationum vel figurarum numerum, in primis σχημάτων τῆς διανοίας, relata sunt.

CAP. XXIII.

7 ξέστι δ' εῖς μὲν τόπος τῶν δεικτικῶν ἐκ τῶν ἐναντίων] In Rhet. Gr. V, 404. VII, 762, ex Neoclis ut videtur, vel Alexandri libris loci XXI, qui maxime cum Aristotele conveniunt, enumerantur: τόποι δὲ ἐνθυμητικοὶ εἶκοσιν εῖς πρῶτος ὁ ἐκ τοῦ ἐναντίου λαμβανόμενος. ἀκολουθεῖ γὰρ τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις· καὶ γὰρ εἰ ἡ σωφροσύνη καλόν, αἰσχρὸν ἡ ἀκολασία, καὶ εἰ αἰσχρὸν ἡ ἀδικία, καλὸν ἡ δικαιοσύνη. Practerea ut, quantum in hac re veteres praestiterint, intelligas, quamvis longius ab auctore nostro descendant, accurate conferendi sunt XVII illi loci, qui apud Apsinem IX, 522—527 et XXXI qui apud Minucianum IX, 604—613 extant; certum ordinem, nam Aristotelem talem non observasse mireris, secuti sunt ex Stoicorum ut videtur disciplina Cicero de orat. II, 162—177. orat. part. 7. de invent. II, 14—71. Quintil. V, 10, 20—100. Cicero de oratore libro II, qui hoc caput intelligit 36, 152: *sed Aristoteles is quem maxime ego*

*admiror, proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumen-
ti via non modo ad philosophorum disputationem, sed
etiam ad hanc, qua in causis utimur, inveniretur, nescio ex
quorum libris oratori locos concessit, II, 162—172. conf.
partit. orat. 2, 7. in quibus et hic legitur: iam ex contra-
rio, si Gracchus nefarie, praecclare Opimius. Aristotelis exem-
pla vertit Quintilianus V, 10 p. 419: ex contrariis: *frugalitas bonum; luxuria enim malum. si malorum causa bellum est,
erit emendatio pax. si veniam meretur, qui imprudens nocuit,
non meretur praemium, qui imprudens profuit.* Aristotel. To-
pic. II, 9: σκοπεῖν δὲ μὴ μόνον ἐπ' αὐτοῦ τοῦ εἰδημένου,
ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον, οἷον ὅτι τὸ ἀγαθὸν
οὐκ ἔξ ἀνάργυρης ἡδύ· οὐδὲ γὰρ τὸ πακὸν λυπηρόν· ἢ εἰ τοῦτο,
κακεῖνο. καὶ εἰ ἡ δικαιοσύνη ἐπιστήμη, καὶ ἡ ἀδικία
ἄγνοια· καὶ εἰ τὸ δικαίως ἐπιστημονικῶς καὶ ἐμπείρως, τὸ
ἀδίκως ἄγνοούντως καὶ ἀπείρως. εἰ δὲ ταῦτα μή, οὐδὲ
ἐκεῖνα, μᾶλλον γὰρ ἀν φανείη τὸ ἀδίκως ἐμπείρως ἢ ἀπεί-
ρως. Conf. III, 6., ubi haec exempla: ὁμοίως γὰρ ἔνδοξον τὸ
ἀξιῶσαι εἰ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ λύπην πᾶσαν εἶναι
πακὸν τῷ εἰ τις ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ λύπην εἶναι τινα πακόν.
Ἱτι εἰ τις αἰσθησίς μή ἔστι δύναμις, καὶ ἀναισθησία τις
οὐκ ἔστιν ἀδυναμία. Conf. Brandis Philol. IV, 18 seqq.*

Exemplum aptissimum est Aristophanis Ran. v. 1467, ubi Euripides haec dicit:

εἰ τῶν πολιτῶν οῖσι νῦν πιστεύομεν,
τούτοις ἀπιστήσαιμεν, οἵς δ' οὐ χρώμεθα,
τούτοισι χρησαίμεσθα, σωθείμεν ἄν.
εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς
τάναντὶ ἄν πράξαντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν;

Lysias XVI, 11. XVIII, 17. Demosth. παραπλ. § 214 p. 407.
Alcibiades ap. Thucyd. VI, 92: γνόντας τοῦτον δὴ τὸν ὑφ'
ἀπάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς εἰ πολέμως γε ὥν
σφόδρα ἔβλαπτον, καν φίλος ὥν ἵκανως ὠφελοίην, δῆθε
τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα, τὰ δὲ ὑμέτερα ἥκαξον.

11 ἢ ὡς ἐν τῷ *Μεσσηνιακῷ*] Alcidamantis, vid. ad I,
13, qui ut Isocratis Archidamus bellum, in eadem re pacem
suasit. Conf. Isocrat. περὶ εἰρήνης § 19 seqq. Demosth. προ-
οίμια p. 1419: πρῶτον μὲν οὖν ὑμᾶς ἐκεῖνο ἐγνωκέναι

δεῖ, ὡς οὐδὲν ὡν ἐποιεῖτε ἐπὶ τοῦ πολεμεῖν ὅντες τοῦ λοιποῦ πρακτέον ἔστιν, ἀλλὰ πάντα τάναντία· εἰ γὰρ ἐκεῖνα φαῦλα πεποίηκε τὰ πράγματα, τάναντία εἰκὸς βελτίω ποιῆσαι. Thucydides IV, 62: τὴν δὲ ὑπὸ πάντων δμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην πᾶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι; ἢ δοκεῖτε, εἴ τῷ τι ἔστιν ἀγαθὸν ἢ εἴ τῷ τάναντίᾳ, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὸ μὲν παύσαι ἀν ἐκατέρῳ, τὸ δὲ ἔννυμιασώσαι, καὶ τὰς τιμὰς καὶ λαμπρότητας ἀνιμδυνοτέρας ἔχειν τὴν εἰρήνην, ἀλλα τε ὅσα ἐν μήκει λόγων ἀν τις διέλθοι ὥσπερ περὶ τοῦ πολεμεῖν;

13 εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν] Elmsleius ad Eurip. Med. v. 87 p. 83 Lips. aptissimam particulam εἴπερ, quae et sequenti inest exemplo, ne εἰ . . οὐδὲ coniungatur, corrigit in ἐπεὶ γάρ; possis et εἴπερ γε μηδέ, sed neutrum necessarium puto. Praeterea pro πίπτειν, quod veteres edd. exhibent, πίτνειν coniicit; eandem conjecturam Victorius margini exempli sui, antequam veterem codicem contulerat, unde πεσεῖν editum est, adscripsit. Exemplum hoc ante Quintilianum, cuius verba supra leguntur, vix ex Aristotele dedit Cicero de invent. I, 30, 47: *in contrariis hoc modo; nam si iis, qui imprudentes laeserunt, ignosci convenit, iis, qui necessario prouferunt, haberi gratiam non oportet.* Α τοῖς κακῶς πεπραχόσιν, contra linguae usum, idem in fine προσῆκον εἶναι, ceteri προσῆκόν ἔστι, ut infinitivus dependeat ex eo quod praecessit; ut enim εἶναι mutatum esse in ἔστι facile appareat, ita contrarium vix tibi persuadeas.

15 ἀν] Α, εἴγ' ceteri.

16 προσῆκον εἶναι] Α, προσῆκόν ἔστι ceteri.

17 ἀλλ' εἴπερ ἔστιν ἐν βροτοῖς] Schol.: *Εὐριπίδης ταῦτά φησι πρὸς τὸν Θυεστην, ὃς ταῦτά φησι πρὸς τὸν Ἀτρέα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.* Ad Thyestem Musgravius, ad Cressas refert Mattheiae Fragm. IX p. 134. Ante haec verba ex conjectura quidem καί, quod transitum significaret, addiderunt; infra III, 9 multi Isocratis loci nulla coniunctione interiecta congesti leguntur. — Aeschines παραπρ. § 6: ἐγὼ δ' εἰπ' αὐτῷ τούτῳ δικαίως ἀν ὑπολαμβάνω μάλιστα σώζεσθαι· εἰ γὰρ ὁ καταγνοὺς ἔαντοῦ καὶ μὴ παρὼν ἀδικεῖ, ὃ γε ἀπογνοὺς καὶ τὸ σῶμα τοῖς νόμοις καὶ τοῖς πολίταις

παραδοὺς οὐκ ἀδικεῖ. Saepe Antiphon hac ἐκ τοῦ ἐναντίον sententia utitur: si adversario hoc praesto esset argumentum, magnae esset contra me auctoritatis indicium; nunc igitur idem contra istum eandem habere vim decet. I § 11—12, ubi eadem sententia aliis verbis repetita est, II, β, 4. V, 38. 84. VI, 27. Lysias IV, 12. VII, 23. 36—37. Andocides I, 23 seq.: ἀλλὰ γὰρ λόγον ἀνοσιάτερον καὶ ἀπιστότερον οὐδένας πώποτ' ἔγω εἰπόντας οἶδα, οὐ τοῦτο μόνον ἡγήσαντο δεῖν, τολμῆσαι κατηγορῆσαι· εἰ δὲ ἐλεγχθήσονται ψευδόμενοι, οὐδὲν αὐτοῖς ἐμέλησεν. ὥσπερ οὖν, εἰ ἀληθῆ ἦν ταῦτα ἢ με κατηγόρησαν, ἐμοὶ ἂν ὡργίζεσθε καὶ ἡξιοῦτε δίκην τὴν μεγίστην ἐπιτιθέναι, οὕτως ἀξιῶς ὑμᾶς, γιγνώσκοντας ὅτι ψεύδονται, πονηρούς τε αὐτοὺς νομίζειν χρῆσθαι τε τεκμηρίῳ ὅτι εἰ τὰ δεινότατα τῶν κατηγορθέντων περιφανῶς ἐλέγχονται ψευδόμενοι, ἢ που τά γε πολλῷ φαυλότερα ὁρδίως ὑμῖν ἀποδεῖξω ψευδομένους αὐτούς. Ibidem § 102. Isaeus VIII, 32.

19 συμβαίνειν] συμβαίνει A, quod durius quidem est, sed defendi potest.

20 ἄλλος ἐκ τῶν ὁμοίων πτώσεων] Secundus locus; vid. supra ad I, 7 p. 1364, 34. I, 9 p. 1366 b, 30. Arist. Top. II, 9, ubi quid sint πτώσεις et συστοιχία explicat: δοκεῖ δὲ τὰ κατὰ τὰς πτώσεις σύστοιχα εἶναι, οἷον τὸ μὲν δικαίως τῇ δικαιοσύνῃ, τὸ δὲ ἀνδρείως τῇ ἀνδρείᾳ. σύστοιχα δὲ λέγεται τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν συστοιχίαν ἀπαντα, οἷον δικαιοσύνη, δίκαιος, δικαίως. III, 6. IV, 3: πάλιν ἐπὶ πτώσεων καὶ τῶν συστοιχῶν εἰ δόμοίως ἀκολονθοῦσι καὶ ἀναιροῦντι καὶ κατασκευάζοντι· ἂμα γὰρ ἐνὶ καὶ πᾶσιν ὑπάρχει ἢ οὐχ ὑπάρχει, οἷον εἰ ἡ δικαιοσύνη ἐπιστήμη τις, καὶ τὸ δικαίως ἐπιστημόνως καὶ ὁ δίκαιος ἐπιστήμων· ἐὰν δὲ τούτων τι μή, οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδέν. Alexand. in Top. p. 169. Cicero Top. cap. 4: coniugata dicuntur quae sunt ex verbis eiusdem generis. eiusdem autem generis verba, quae orta ab uno varie commutantur ut sapiens, sapienter, sapientia. haec verborum coniugatio συζυγία dicitur, ex qua huiusmodi est argumentum: si compascuus ager est, ius est compascere. Non Aristotelem, qui semper συστοιχίαν dicit, sed posteriores, in primis Stoicos, intelligit; coniuncta appellat de orat. II, 166

seq. part. orat. 7. Quintil. V, 10 p. 422: *his illud adiicere ridiculum putarem, nisi eo Cicero uteretur, quod coniugatum vocant ut eos, qui rem iustum faciant, iuste facere, quod certe non egit probatione.* Vides Quintilianum Aristotelis libros non evolvisse.

Aristotel. Pol. V, 9 p. 1309, 37: *εἰ γὰρ μὴ ταύτὸν τὸ δίκαιον κατὰ πάσας τὰς πολιτείας, ἀνάγκη καὶ τῆς δικαιοσύνης εἶναι διαφοράς.* Phys. III, 3 p. 203 b, 16: *οὐ μὴν ἀλλ’ οὐδὲ εἰ ἡ δίδαξις τῇ μαθήσει τὸ αὐτό, καὶ τὸ μανθάνειν τῷ διδάσκειν, ὥσπερ οὐδὲ εἰ ἡ διάστασις μία τῶν διεστηκότων, καὶ τὸ διύστασθαι ἐνθένδε ἔκειται κάκευθεν δεῦρο ἐν καὶ τὸ αὐτό.*

22 νῦν δ' οὐχ αἰρετὸν τὸ δικαίως ἀποθανεῖν] Supra I, 9: *ἀνάγκη ὅσα τε ἀνδρίας ἔογα η̄ σημεῖα ἀνδρίας η̄ ἀνδρείας πέπρακται καλὰ εἶναι, καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ δικαίως ἔογα, πάθη δὲ οὕτως ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ τῶν ἀρετῶν οὐκ ἀεὶ τὸ δικαίως καλόν, ἀλλ’ ἐπὶ τοῦ ξημιοσθαί αἰσχρὸν τὸ δικαίως μᾶλλον η̄ τὸ ἀδίκως.*

23 ἄλλος ἐν τῶν πρὸς ἄλληλα] Tertius locus; Rhet. Gr. V, 40: *τρίτος δὲ ἐκ τοῦ πρός τι, οἷον εἰ γὰρ μὴ ὑμῖν τὰ φαῦλα προστάσσειν παράνομον, οὐδὲ ἐμοὶ τὸ πεισθέντα ἔργασσασθαι.* Minucianus IX p. 611: *ἀπὸ τοῦ πρός τι, εἰ αὐτὴ μεμοίχενται, καὶ δὲ συνελθῶν αὐτῇ μοιχός ἐστιν, ως ἐπὶ τοῦ μεταπεμψαμένου τὴν ἑαυτοῦ γυναικα.* καὶ παρὰ Δημοσθένει [p. 376], εἰ Φιλοκράτης πέφηνε πνυοπωλῶν η̄ ξυληγῶν τὸ χρυσίον ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καταλλαττόμενος καὶ τούτων κοινωνῶν τῶν πραγμάτων Αἰσχύνης, εῦδηλον ὅτι καὶ οὗτος δεδωροδόκηκεν. Quintil. V, 10 p. 420: *illa quoque quae ex rebus mutuam confirmationem praestantibus ducuntur, quae proprii generis videri quidam volunt et vocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, Cicero ex rebus sub eandem rationem venientibus, fortiter consequentibus iuxterim: si portorium Rhodiū locare honestum est, et Hermacreonti conducere et quod discere honestum, et docere.* Vid. Cic. de invent. I, 30, 47. Integrum fere hunc locum: *ἄλλος ἐκ τῶν . . . ἀποκτεινάντων Νικάνορα* Dionysius Halic. ad Ammaeum de Dem. et Arist. cap. 12, ut ipse dicit, *κατὰ λεξιν* descripsit; sed multa a nostris libris discrepant; illud iam mirum,

Dionysium totam paragraphum, in qua haud pauca iure omittere poterat, describentem postrema verba, quae ad ipsam Demosthenis causam pertinerent: ἐπεὶ γὰρ . . ἀποθανεῖν, neglexisse; quae si in libro suo invenit, salvo sensu omittenda non erant; nunc enim Demosthenis causa aequa atque Theodectis locus in Alcmaeone paralogismi non verum exemplum est. Praeterea alia prorsus quam quae in nostris exemplis leguntur, apud Dionysium exstant: ἔστι δὲ τοῦτο παραλογίσασθαι. οὐ γὰρ εἰ δικαίως ἔπαθεν ἄν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν [ὡς ὁ φόνον ἄξια ποιήσας πατὴρ εἰ ὑπὸ τοῦ νιοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται], διὸ δεῖ σημεῖν χωρὶς εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι, εἴτα κρῆσθαι διποτέρως ἀν ἀριστοττῇ· ἐνίστε γὰρ διαφονεῖ τὸ τοιοῦτον, ὡσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τῷ Θεοδέκτου καὶ οἶνον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. At hoc non Dionysii, sed librariorum culpa factum videtur; nam cod. B apud Grosium apertum emblema ὡς ὁ φόνον . . . ἀπάγεται non habet, pergens διὸ δεῖ — Vid. Sauppe Dionysios u. Aristoteles p. 7—13.

Aeschines in Ctesiph. § 188, qui locus etiam ex contrario est: εἰ τοῦτ' ἔχει καλῶς, ἐκεῖνο αἰσχρῶς· εἰ ἐκεῖνοι κατ' ἀξίαν ἐτιμήθησαν, οὗτοι ἀνάξιοι ὥν στεφανοῦται. Lysias XII, 57: λαβόντες γὰρ τὰς ἀρχὰς καὶ τὴν πόλιν ἀμφοτέροις ἐπολέμουν, τοῖς τε τριάκοντα πάντα κακὰ εἰργασμένοις καὶ ὑμῖν πάντα κακὰ πεπονθόσι. καίτοι τοῦτο πᾶσι δῆλον ἦν, ὅτι εἰ μὲν ἐκεῖνοι δικαίως ἔφενγον, ὑμεῖς ἀδίκως, εἰ δὲ ὑμεῖς ἀδίκως, οἱ τριάκοντα δικαίως· οὐ γὰρ δὴ ἐτέρων ἔργων αἰτίαν λαβόντες ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεσον, ἀλλὰ τούτων. XXVI, 15: καὶ εἰ μὲν τόνδε ἀποδοκιμάσετε, δόξετε κακεῖνον δικαίως ἀν ἀποδοκιμάσαι· ἐάν δὲ μὴ τόνδε, οὐδὲ ἐκεῖνον δικαίως.

24 καλῶς ἡ δικαίως] καὶ pro ἡ deteriores, idque apud Dionysium exstat, sed huius codices omnes propter simile cadiens verba ὑπάρχει τὸ καλῶς ἡ δικαίως ποιῆσαι θατέρω omittunt; suppletus igitur locus est ex veteribus Aristotelis editionibus.

25 ὡς ὁ τελώνης Διομέδων περὶ τῶν τελῶν] Hermacreontis ad Rhodios dictum apud Cicer. Rhet. I, 30, 47: nam

si Rhodiis turpe non est portorium locure, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere, ex hoc Quintil., cuius verba vide supra. Apud Dionysium excusum περὶ τῶν τελωνῶν, sed omnes codices haec ignorant verba, haud dubie ex veteribus Aristotelis editionibus translata.

27 οὐδέ] Soloece A μηδ', ex praecedentibus male repetitum.

27 τὸ ὀνεῖσθαι] Articulum omittunt duo libri Dionysii, alii τὸ exhibitent.

28 καὶ εἰ τῷ ποιήσαντι, καὶ τῷ πεπονθότι] Haec post ποιήσαντι libri deteriores. At quid haec repetita sibi volunt, cum initio ea exposita legantur? Necessario sunt delenda idque postea auctoritate codicis A confirmatum vidimus, qui haec omnia omittit, nisi quod postremum verbum quod praecedit ποιήσαντι sic exhibet, πείσαντι ἢ ποιήσαντι. Vides corruptum quod erat, emendatum simul textui illatum esse. Apud Dionysium: δικαιώς ὑπάρχει τῷ πεπραγμένῳ ὑπάρξει καὶ τῷ ποιήσαντι ἢ ποιοῦντι. Nil scripsit philosophus, nisi καὶ τῷ ποιήσαντι.

30 ἔστι δ' ἐν τούτῳ παραλογίσασθαι] Idem infra II, 24, ubi eiusdem Theodectis exemplum ex Oreste allatum est: ὅλος δὲ ὁ τόπος παραλογιστικὸς . . ἢ τὸ ἐν τῷ Ὁρέστῃ τῷ Θεοδέκτου· ἐκ διαιρέσεως γάρ ἔστι. δίκαιον ἔστιν ἦτις ἀν τείνῃ πόσιν ἀποθνήσκειν ταύτην, καὶ τῷ πατρὶ γε τιμωρεῖν τὸν νιόν· οὐκοῦν καὶ ταῦτα πέπρακται. συντεθέντα γὰρ ἵσως οὐκέτι δίκαιον. Eadem in Euripidis fabula ab Tyndareo et ab Oreste v. 490—604 in utramque partem disputantur, ubi similes versus inveniuntur, ut:

θυγάτηρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἐπραξεν ἔνδικα,

ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τοῦδ' εἰκὸς ἢν αὐτὴν θανεῖν.

vel ut Orestes dicit:

ἐγὼ δ' ἀνόσιος εἴμι μητέρα κτανών,

ὅσιος δέ γ' ἐτερον ὄνομα τιμωρῶν πατροί.

et paulo post:

τοῦτον πατέκτειν', ἐπὶ δ' ἐθυσα μητέρα,

ἀνόσια μὲν δρῶν, ἀλλὰ τιμωρῶν πατροί.

et Dioscuri in Electra v. 1241 ad Orestem:

δίκαια μὲν νῦν ἥδ' ἔχει, σὺ δ' οὐχὶ δρᾶς.

A poetis hoc exemplum ad rhetores transiit, vid. auct. ad Herenn. I, 16, 26. Cicer. de invent. I, 13, 18 seq.

30 ἐν τούτῳ] τοῦτο A et Dionysius, ut sit: id potest in errorem inducere, fallere, sed vix aliud sonare puto nisi: hoc est vel significat fallere, ut non mirer, inde factum esse ἐν τούτῳ, p. 1400 b, 2: ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος.

30 εἰ γὰρ δικαίως ἔπαθέν τι, δικαίως πέπονθεν, ἀλλ' ισως οὐχ ὑπὸ σοῦ] Sic A, Dionysius ἔπαθεν ἄν, ceteri cum vet. tr. ἀπέθανε. Delenda esse δικαίως πέπονθεν Sauppe vidit.

^{pag.} 1397 b 2 ἀρμόττει] ἀν ἀρμόττη deteriores cum Dionysio, conf. p. 1397 b, 17, ubi eadem varietas. III, 6.

2 ἐνίοτε] Plures Dionysii libri ἐνίοις, qui voluerunt ἐν ἐνίοις.

4 οὐ τις] οὗτος A, *aliquis* vet. tr.; recte emendatum puto; tum vero A non δ' sed δεῖ, tr. vet. omittit, in quo nescio quid latet. Fortasse integer versus, qui sequebatur, fuit:

στυγοῦσιν, ἀλλὰ διαλαβόντα χοὴ σκοπεῖν.

Poetae verba v. 4—7 μητέρα . . κτανεῖν omisit Dionysius.

7—11 καὶ οἶον . . ἀποθανόντα] Haec suo loco mota, quamvis et Dionysius eundem ordinem servaverit, non enim ad Alcmaeonis exemplum ficta sunt, aut deleto καὶ inserenda v. 28 sunt post τῷ ποιήσαντι (utriusque generis exemplum est, prius τοῦ δικαίως πεπονθότος, alterum τοῦ δικαίως ποιήσαντος), aut quod particula οἶον in A omissa suadet et II. Sauppe p. 12 praeſert, verba καὶ ή περὶ Δημοσθένους . . ἀποθανόντα adiungenda sunt superioribus v. 27: οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι. Neque verba v. 25—27: καὶ εἰ κελεῦσαι . . ὠνεῖσθαι interposita placent, nam arcte cohaerent θατέρῳ τὸ πεπονθέναι. || καὶ εἰ τῷ πεπονθότι . . τῷ ποιήσαντι. Tum demum apte sequuntur: καὶ εἰ κελεῦσαι . . ὠνεῖσθαι || καὶ ή περὶ Δημοσθένους . . ἀποθανόντα.

7 καὶ οἶον ή περὶ Δημοσθένους δίκη καὶ τῶν ἀποτεινάντων Νικάνορα] Dionysius l. c.: τίς οὖν ἔστιν ή Δημοσθένους δίκη καὶ τῶν ἀποτεινάντων Νικάνορα, περὶ ής ὁ φιλόσοφος γέγραψεν, ἐν ή τὸ κυριώτατον τῆς ἀμφισβητήσεως κεφάλαιον ἐκ τοῦ πρὸς ἄλληλα; ή ή πρὸς

Αἰσχίνην ὑπὲρ Κτηησιφῶντος τοῦ παρασχόντος Δημοσθένει τὸ περὶ τοῦ στεφάνου ψήφισμα καὶ τὴν τῶν παρανόμων φεύγοντος γραφὴν; ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ ξητούμενον οὐ τὸ κοινόν, εἰ τιμῶν καὶ στεφάνων ἄξιος ἦν Δημοσθένης ἐπιδιδοὺς ἐκ τῶν ιδίων ητημάτων τὴν εἰς τὰ τείχη δαπάνην· ἀλλ’ εἰ καθ’ ὃν χρόνον ὑπευθύνους ἦν, κωλύοντος τοῦ νόμου τὸν ὑπευθύνους στεφανοῦν. τὸ γὰρ ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα τοῦτ’ ἔστιν εἰς ὅσπερ τῷ δῆμῳ τὸ δοῦναι, οὕτω καὶ τῷ ὑπευθύνῳ τὸ λαβεῖν τὸν στέφανον ἐξῆν. ἐγὼ μὲν οὖν ταύτης οἰομαι τῆς δίκης μεμνῆσθαι τὸν Ἀριστοτέλη. εἰ δέ τις ἐρεῖ ὅτι περὶ τῆς τῶν δώρων ἦν ἐπ’ Ἀντικλέους ἄρχοντος ἀπελογήσατο περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, πολλῶν νεωτέρας ἔτι ποιήσει τὰς Ἀριστοτέλους τέχνας τῶν Δημοσθένους ἀγάνων. Vix infelicius eruditus viri invenies iudicium; at hoc certissime constat, Dionysium verba, quae rationem τοῦ ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα continent: ἐπεὶ γὰρ δικαίως ἐκριθῆσαν ἀποκτεῖναι, δικαίως ἔδοξεν ἀποθανεῖν, in libro suo non invenisse, minime autem casu quodam neglexisse; non enim ipse aliam et prorsus alienam quaesivisset. Imo etiam sequens exemplum de Thebano occiso in Dionysii codice dederat; nam et totum locum ἐκ τοῦ πρὸς ἄλληλα transscribere in animo erat, et si legisset, rationem ex hac causa ad praecedentem, qua Demosthenes notatur, facile transtulisset. Iam cum haec exempla ab ipso Aristotele addita esse non sit dubitandum, nam illustrant supra dicta: καὶ εἰ τῷ πεπονθότι . . . καὶ τῷ πεπονθότι, Dionysius minus integro exemplo usus deceptus esse videtur. Causa ipsa Demosthenis incerta est, nec coniecturam facere licet, ut fortasse intelligatur quod apud Aeschinem in Timarch. § 170 seqq. et Dinarchum in Dem. § 30 non dissimile exstat; interfecit, ut dicebant inimici, suadente Demosthene Aristarchus non sine maxima crudelitate Nicodemum: Νικόδημος δ’ ὁ Ἀφιδναῖος ὑπ’ Ἀριστάρχου τετελεύτηκε βιαίῳ θανάτῳ ἐκποτεὶς δεῖλαιος ἀμφοτέρους τοὺς ὄφθαλμοὺς καὶ τὴν γλώτταν ἀποτμηθείς. Absolutus quidem est Demosthenes, sed obstat Aristarchum condemnatum solum patrum mutasse; igitur ne haec quidem causa intelligi videtur; imperatorem, non oratorem Demosthenem intel-

ligendum esse putat Victorius. — Conf. Arn. Schäfer Demosth. II, 98, Sauppe p. 11.

Ut schol. siles appareat eiusque singendi libido, haec afferamus, fol. 43 b, 28 *Νικάνορα*] τοῦ Ἀλεξάνδρου τελευτήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ διηγήθη εἰς πολλὰς ἀρχάς, καὶ Νικάνωρ Μακεδὼν ἦν. λαβὼν καὶ αὐτὸς μέρος τῆς Μακεδονίας καὶ ἄρχων ἐν αὐτῇ ἔσπενδε καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. τέως γοῦν ἀνηρέθη παρὰ τῶν συγγενῶν. ὁ γοῦν διήτωρ δικάζεται εἰς πρόσωπον τοῦ Νικάνορος μετὰ τῶν ἀποκτεινάντων τὸν Νικάνορα. ἐπεὶ γὰρ ἐκρίθησαν δικαίως .. ἀποθανεῖν ὁ Νικάνωρ, ἀλλὰ μὴν οὐ δίκαιον ἦν ἀποθανεῖν παρὰ τῶν ὅμογενῶν· δίκαιον γὰρ ἦν θανεῖν παρὰ τῶν Ἑλλήνων, οὓς καὶ καταδουλοῦν ἔσπενδεν, οὐ μὴν δὲ παρὰ τῶν ὅμογενῶν. Hoc est Aristotelem interpretari et enarrare!

9 καὶ περὶ τοῦ Θήβησιν ἀποθανόντος] Interpres graecus: Θήβησιν θανὼν ἦν ὁ Τιμόλαος, περὶ οὗ ἐκέλευσε ὁ κατηγορούμενος κρῖναι καὶ ἔξετάσαι, εἰ δίκαιος ἦν οὗτος ἀποθανεῖν, ἐπεὶ οὐκ ἀδικόν ἐστιν ἀποκτεῖναι τὸν δικαίως ἀποθανόντα. Hunc finem patriae proditor si habuisset, Demosthenes id non silentio transiisset. Euphronem, cuius historia apud Xenoph. Hellen. VII, 3, 4—12 exstat, intelligendum esse vidit Victorius, ubi et haec leguntur § 12: οἱ μὲν οὖν Θηβαῖοι ταῦτα ἀκούσαντες ἔγνωσαν δίκαια τὸν Εῦφρονα πεπονθέντα.

10 ἐκέλευσε κρῖναι] κελεύει κρίνεσθαι A et vet. tr., reus scil., qui ibi § 10: νῦν δὲ .. οὐ δικαίως φησί τις αὐτὸν τεθνάνται;

12 ἄλλος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἥττον] Quartus locus, qui tripartitus est ἐκ τοῦ μᾶλλον, ἐκ τοῦ ἥττον, et εἰ μήτε μᾶλλον μήτε ἥττον. Hos Aristoteles coniungit, unde dicit ἔτι; novus si incipit locus, additum est ἄλλος. Theoni I, 225 est σύγκρισις μείζονι, ἐλάττονι, ἵσῳ. Cicero quoque de orat. II, 40, 172 rerum contentionem ex maiore, minore et pari coniungit, item part. orat. 7. Minucianus IX p. 608, Apsines p. 522. Unum modo locum habet auctor Rhet. Gr. V, 404: πέμπτος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἥττον, οἷον εἰ γὰρ νίὸν ἀπέκτεινεν ἴδιον, πῶς ἄλλοτρίον φείσεται. In Topic.

II, 10 quatuor τοῦ μᾶλλον καὶ ἡττον̄ modi afferuntur, in quibus qui huc pertinent sunt: ἄλλος ἐνὸς περὶ δύο λεγομένουν εἰ ὡς μᾶλλον εἰκὸς ὑπάρχειν μὴ ὑπάρχει, οὐδὲ ὡς ἡττον̄ καὶ εἰ ὡς ἡττον̄ εἰκὸς ὑπάρχειν ὑπάρχει, καὶ ὡς μᾶλλον.

15 τὸ δ' ὅτι τὸν̄ πλησίον τύπτει ὅς γε καὶ τὸν πατέρα τύπτει] Victorius: Hoc exemplum esset argumentationis ex maiori Ciceroni, quo tamen philosophus, quomodo quis ex minore argumentetur, docet; caederet etiam propinquos, qui patrem caedit. Quid uterque secutus sit, manifestum est. Cum maius flagitium sit, patrem quam propinquos caedere, existimat Cicero vere, qui a caedendo patre sibi non temperat, a caedendis etiam propinquis sibi temperaturum non esse ideoque ex maiore genus hoc argumenti vocat. Aristoteles cum boni viri officium sit nemini vim afferre cumque iniuria ab omni abesse debeat, si tamen ibi manet, ubi minus esse debebat, illic etiam existet, ubi frequentius esse consuevit, et haec causa est, cur εἰ τὸ ἡττον̄ ὑπάρχει appellari a minore que eam significari voluerit. Haec Victorius eumque secuti sunt Muretus, Maioragius, alii; improbat hanc explicationem Vaterus p. 128. Videtur enim exemplum esse a maiore ad minus, non quod flagitatur, a minore ad maius; hoc alterum exemplum a minore ad maius procedit, si relativum transponimus: ὅτι ὅς γε τὸν̄ πλησίον τύπτει, καὶ τὸν πατέρα τύπτει. Et hoc haud improbabile videatur, nisi hoc loco varietas memoratu dignissima in A extaret; nam in eo post δέῃ δεῖξαι haec sententia alia ratione verbis τύπτει ὅτι .. δεῖ δεῖξαι explicatur; et hic unus est locus in Rheticis, qui maiorem varietatem prodit, quales in Categoriis, Topicis, aliis plures esse alibi docuimus. Duplicem sententiae formam iuxta positam melius perspiciemus:

τὸ δ' ὅτι τὸν̄ πλησίον τύπτει ὅς γε καὶ τὸν πατέρα τύπτει ἐκ τοῦ κατὰ τύπτει ὅτι εἰ τὸ ἡττον̄ ὑπάρχει, καὶ τὸ ἡττον̄ ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει· τὸν̄ γάρ πατέμαλλον ὑπάρχει. καθ', δας ἡττον̄ τύπτονσιν ἢ τὸν̄ πλησίον. ἢ δὴ οὕτως ἢ εἰ ὡς μᾶλλον ὑπάρχει, μὴ ὑπάρχει, ἢ ὡς ἡττον̄ εἰ ὑπάρχει ὄπότερον δεῖ δεῖξαι.

εἴθ' ὅτι ὑπάρχει εἴθ' ὅτι οὔ.

Quam alteram pleniorem formam recentior manus in A, qui

solus haec nobis servavit, delenda censuit, et partim eradendo paene delevit, quo factum, ut Victorius silentio hoc transiret. Priore loco κατὰ correctum et repositum est εἰ; praepositio vera est, si scripseris κατὰ τὸ εἰ τὸ ἡττον, articulus vero, qui ante μᾶλλον desideratur, rite abesse non potest. Id si probas, abundat ἐκ τοῦ, quod ipsum altero loco requiritur, nam τὸ δ' ὅτι . . ὅτι vix ferendum est, at probum est τὸ δ' ὅτι . . ἐκ τοῦ ὅτι. Iam ratio addita τὸς γὰρ πατέρας ἡττον τύπτουσιν ἢ τὸς πλησίον, quae supra ex nostrae aetatis iudicio attulimus, vera non esse evincit, et nihil corrigendum esse docet; quod raro sit, ἡττον, quod frequentius accidit, μᾶλλον dicitur. Formula autem vere Aristotelica nec, si recte memini, aliis usitata est ἢ δὴ οὔτως ἢ, vel inserto verbo ἢ δὴ οὔτως . . ἢ, si aliam divisionem sequitur et novum addit; Rhet. III, 7: ἢ δὴ οὔτω δοκεῖ, ἢ μετ' εἰρωνείας. III, 19. Analyt. prior. II, 27. post. I, 6. Sophist. el. 6. Ethic. Nicom. X, 2. et omissa οὔτω de generat. anim. p. 734, 5. idem de anima III, 11 fine, ubi nunc omnes ἢδη αὕτη κινεῖ ἢ δόξα, οὐχ ἢ καθόλον, ἢ ἄμφω. Distinguit auctor et hic; exemplum enim allatum continet solum τὸ ἡττον et μᾶλλον, nunc considerat φῶ μᾶλλον aut φῶ ἡττον ὑπάρχει, cuius generis sane primum iam erat exemplum. In verbis advertendum φῶ μᾶλλον ὑπάρχει, melius supra ἀν ὑπάρχοι, in Topicis εἰκός ὑπάρχειν, finitum verbum requirimus et postea, ut integrum sit ἢ φῶ ἡττον ὑπάρχει, εἰ τὸ ὑπάρχει. Tum melius ἀν δέη priore loco, Bekkerus pronominis ὄπότερον primam tantum litteram invenit deletis post ὁ litteris octo vel novem, ut et hic spatium sit particulae. Denique verba εἰθ' ὅτι ὑπάρχει, εἰθ' ὅτι οὐ utriusque loco convenire et necessaria esse vix adnotare opus est. Num scholion est, quod in A solo exstat? id quo minus credas, iam integra allata sententia impedit, quum si explicatio esset, pauca sufficerent verba; equidem mihi in his veriorem auctoris manum agnoscere videor. — Integrum locum Sauppe p. 4 sic reddit: τὸ δ' ὅτι τὸν πλησίον τύπτει, ὃς γε καὶ τὸν πατέρα τύπτει ἐκ τοῦ ὅτι εἰ τὸ ἡττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει· τὸν γὰρ πατέρας ἡττον τύπτουσιν ἢ τὸν πλησίον. ἢ δὴ οὔτως ἢ εἰ ὁ μᾶλλον ὑπάρχει, μὴ ὑπάρχει, [οὐδὲ ὁ ἡττον],

ἢ ὁ ἥττον, εἰ ὑπάρχει, [καὶ ὁ μᾶλλον ὑπάρχει], ὅπότερον
[δὴ] δεῖ δεῖξαι, εἴθ' ὅτι ὑπάρχει εἴθ' ὅτι οὐ.

Dinarchus postquam Demosthenem § 41 seqq. argento corruptum minora et leviora, v. c. ut peregrini civitatem adipiscerentur, perfecisse multis exemplis monstravit, Harpalii aurum libentem accepisse inde concludit § 45: πρὸς τὴς Ἀθηνᾶς, οἵεσθε ἀντὸν ἀργύριον μὲν χαίρειν λαμβάνοντα, χρυσίον δ' εἶκοσι τάλαντα οὐκ ἀν λαβεῖν; ἢ κατὰ μικρὸν μὲν δωροδοκεῖν, ἀθρόον δ' οὐκ ἀν προσδέξασθαι τοσοῦτον λῆμμα; Andocid. IV, 15: καίτοι δύτις ὑβρίζει γυναικα τὴν ἔαυτοῦ καὶ τῷ αηδεστῇ θάνατον ἐπιβουλεύει, τί χρὴ προσδοκᾶν τοῦτον περὶ τοὺς ἔντυχόντας τῶν πολιτῶν διαπράτεσθαι; πάντες γὰρ ἄνθρωποι τοὺς οἰκείους τῶν ἀλλοτρίων ποιοῦνται περὶ πλείονος. Demosth. in Cononem p. 1264 § 23: εἰ γὰρ οὕτω τοὺς ἔαυτοῦ προήκται παῖδας ὡστ' ἔναντιον ἔξαμαρτάνοντας ἔαυτοῦ, καὶ ταῦτα ἐφ' ᾧν ἐνίοις θάνατος ἡ ζημία κεῖται, μήτε φοβεῖσθαι μήτ' αἰσχύνεσθαι, τί τοῦτον οὐκ ἀν εἰκότως παθεῖν οἴεσθε; ἐγὼ μὲν γὰρ ἥγονται ταῦτ' εἶναι σημεῖα τοῦ μηδὲ τοῦτον τὸν ἔαυτοῦ πατέρα αἰσχύνεσθαι· εἰ γὰρ ἐκεῖνον αὐτὸς ἐτίμα καὶ ἐδεδίει, καν τούτους αὐτὸν ἡξίον. Lysias I, 31. VII, 26. XXXI, 22—23. Isaeus VIII, 33. ibidem 30—31. Demosth. Mid. 9. Isocr. Antid. 166. Plat. 52.

19 καὶ σὸς μὲν οἰκτρὸς] Incerti poetae versus. Schol. gr.: οἷμαι ταῦτα πρὸς τὴν Ἀλθαίαν λέγειν τὸν Οἰνέα λυπούμενην δι' ἀδελφὸν αὐτῆς ἀναιρεθέντα παρὰ Μελεάγρου καὶ διὰ τὸν πατέρα αὐτῆς λυπούμενον. φησὶ γοῦν, εἰ λυπεῖται πατήρ σου διὰ τὸν νιὸν αὐτοῦ, οὐ δεῖ καμὲ πάνυ λυπεῖσθαι ὡς ἀπολέσαντα τὸν νιόν μουν; Si Euripidis sunt versus, usque ad mortem Meleagri fabulam perductam esse constat. Conf. Matth. IX p. 224. Bekkerum sequor, qui verba τὸν Ἑλλάδος μενιν ut glossema inclusit; inepta enim sunt, etiamsi numeri haec initio sequentis versus posita admittunt. Corruptorum librorum lectionem Fr. A. Wolfius apud Vaterum p. 207, ut metrum constaret, sic transposuit:

Οἰνεὺς ἄρ' οὐχί, τὸν Ἑλλάδος ἀπολέσας γόνον
κλεινότατον;

Verum vidit iam vir doctus in edit. Morell. apud Gaisford.

21 εἰ μηδὲ Θησεὺς] A vet. transl.; μὴ ceteri, Stephanus p. 298.

23 καὶ εἰ μηδ' οἱ ἄλλοι τεχνῖται φαῦλοι, οὐδὲ οἱ φιλόσοφοι] Haec sententia ex Isocratis antidosi sumta est, ubi philosophiam (i. e. artem rhetoricae) contra diversos accusatores defendit, § 209—214. — μηδ' ἄλλοι A, neque articulus flagitatur.

24 καὶ εἰ μηδ' οἱ στρατηγοὶ φαῦλοι ὅτι ἡττῶνται πολλάκις, οὐδὲ οἱ σοφισταί] Ita solus C, si ex silentio apud Gaisf. conicere licet, cod. p. Victorii ἡττακοῦνται, vet. tr. vincuntur, unde vulgatum ἡττῶνται interpolatum esse puto. θανατοῦνται A, ἀποθανοῦνται EQ, θανοῦνται BDYZ. Equidem lectionem codicis antiqui A probo, si mali non sunt imperatores, quod ab Atheniensibus capitis condemnati sunt, etiam philosophi eadem poena puniti mali non sunt habendi. Certum exemplum incerti auctoris in animo habet, an Isocratis Antidosin intelligit, qui § 101 seqq. Timotheum condemnatum laudat, cuius amicitia usus ipse se defendat?

27 ἄλλος ἐκ τὸν τὸν χρόνον σκοπεῖν] Locus quintus, quem integrum Dionysius ep. ad Ammaeum cap. 11 repetit. Rhet. Gr. V, 405: τρισκαιδέκατος ὁ ἐκ τῶν καιρῶν, οἵον εἰ τοῖς μέλλουσιν ἀκαιρος ἡ νίκη, καὶ τοῖς ἥδη νενικηκόσι. Minucianus IX, 607. Apsines IX, 525: ἦ ἀπὸ τοῦ παρελθόντος χρόνου τὸ μὴ γενόμενον, οἷον ἂν ἦν εἰ ἐγένετο, ὡς ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην, ὑμεῖς τιμῶντες ποτε Ἰφικράτην καὶ ἄλλους τινὰς εὐ πεποιήκατε. εἴτα ἐπάγει ἐνθυμημάτι, εἰ τοίνυν ὕσπερ δι' Ἰφικράτην καὶ Πολύστρατον καὶ ἄλλους τινὰς εὐ πεποιήκατε, δι' αὐτὸν οὕτως εἰ καὶ Χαρίας ἡξιώσεν ὑμᾶς τούτων εὐ ποιῆσαι τινας οὓς νῦν αἰτιώμενοι πάντας ἀφαιρεῖσθαι κελεύονται, οὐκ ἂν ἐδώκατε; ἐγὼ μὲν οἶμαι. εἴτα πάλιν ἡ ἐπαγωγὴ ἐνθυμηματικῶς, ἵδιον δὲ ἐνθυμηματος δοκιμάτης δόξαν ἀποτελεῖν καὶ ἔστιν ἀγανακτικόν τε ἄμα καὶ ἐλεγκτικόν. ἥδη δὲ καὶ παράδειγμα ἐνθυμηματικῶς εἰδάγεται οὖν ἔστιν, εἰ γὰρ ὅθ' ἤκουμεν Εὐβοεῦσιν. Demosthenis locus adv. Lept. § 85 p. 482 Iphicratis exemplo plane geminus, dignus qui hic integer describatur, ut qua ratione orator hanc argumenti sedem illustraverit, omnes intelligant: ἐγὼ δ' ἔτι τοῦτ' εἰπεῖν ὑπὲρ

Χαβρίου βούλομαι. ὑμεῖς, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τιμῶντες ποτε Ἰφικράτην οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμήσατε, ἀλλὰ καὶ δι' ἔκεινον Στράβακα καὶ Πολύστρατον· καὶ πάλιν Τιμοθέῳ διδόντες τὴν δωρεὰν δι' ἔκεινον ἐδώκατε καὶ Κλεάρχῳ καὶ τισιν ἄλλοις πολιτείαιν. Χαβρίας δ' αὐτὸς ἐτιμήθη παρ' ὑμῖν μόνος. εἰ δὴ τότε, ὅθ' εὑρίσκετο τὴν δωρεάν, ἥξιστεν ὑμᾶς, ὡσπερ δι' Ἰφικράτην καὶ Τιμοθέον εὗτινὰς πεποιήκατε, οὕτω καὶ δι' αὐτὸν εὗτοι ποιῆσαι τούτων τινὰς τῶν εὐρημένων τὴν ἀτέλειαν, οὓς νῦν οὔτοι μεμφόμενοι πάντας ἀφαιρεῖσθαι κελεύουσιν διμοίως, οὐκ ἀν ἐδώκατε ταύτην αὐτῷ τὴν χάριν; ἔγωγε ἥγοῦμαι. εἴθ' οἷς δι' ἔκεινον ἀν τότ' ἐδώκατε δωρεάν, διὰ τούτους νῦν αὐτὸν ἔκεινον ἀφαιρήσεσθε τὴν ἀτέλειαν; ἀλλ' ἄλογον. οὐδὲ γὰρ ὑμῖν ἀριστεῖτε δοκεῖν παρὰ μὲν τὰς εὐεργεσίας οὕτω προχείρως ἔχειν, ὥστε μὴ μόνον αὐτοὺς τοὺς εὐεργέτας τιμᾶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔκεινων φίλους, ἐπειδὰν δὲ χρόνος διέλθῃ βραχύς, καὶ ὅσα αὐτοῖς δεδώκατε, ταῦτ' ἀφαιρεῖσθαι. Non diversus est alius locus, quem Apsines l. l. eodem exemplo probavit: ἦ κατὰ πρόσληψιν, οἶον εἰ περὶ εὐεργέτου λέγοις, φέρε, εἰ δὲ πρὸν πρᾶξαι καθυπέσχετο πρᾶξειν εἰ λάβοι γε τὰς δωρεάς, οὐκ ἀν ὑπέσχεσθε δώσειν; ἂν τοίνυν καὶ πρὸν ἦ παθεῖν δεδώκατε [leg. ἐδώκατε] ἀν ἦ δώσειν ὑπέσχεσθε, ταῦτα παθόντες οὐ δώσετε; Hermogenes de invent. III, 11 hoc πλαστὸν ἐπιχείρημα dicit et idem exemplum laudat: εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ τινὶ πραχθέντι δωρεὰν αἴτεῖς καὶ πλάττεις, οὕτως εἰ δὲ πρὸν ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν ἦτον τὴν δωρεάν, οὐκ ἄν μοι ἐδοτε, οὐκ ἄν ἐψηφίσασθε ἐπαγγελλομένῳ ποιήσειν; καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐρεῖς, δεινὸν δὲ ἐπαγγελλομένῳ μὲν ποιήσειν ψηφίσασθαι, μὴ δοῦναι δὲ πεποιηκότι. εἰ δὲ ἐπὶ κακῷ τινὶ πραχθέντι τιμωρίαν ἀπαιτεῖς καὶ πλάττεις, διμοίως. εἰ δὲ πρὸν ἦ γενέθαι τὸ κακὸν ἔγνωμεν δι τι ἔσται, οὐκ ἀν ἐφιλοτιμησάμεθα κωλῦσαι; δεινὸν δὲ μέλλον μὲν γενέσθαι κωλύειν, γενόμενον δὲ μὴ τιμωρεῖσθαι. Aristoteles Top. II, 4: ἔτι ἐπὶ τὸν χρόνον ἐπιβλέπειν εἰ πον διαφανεῖ, οἶον εἰ τὸ τρεφόμενον ἔφησεν ἐξ ἀνάγκης αὔξεσθαι. τρέφεται μὲν γὰρ ἀεὶ τὰ ζῶα, αὔξεται δὲ οὐκ ἀεί. διμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ ἐπίστασθαι ἔφησε μεμνῆσθαι τὸ μὲν γὰρ τοῦ παρε-

ληλυθότος χρόνου ἐστί, τὸ δὲ καὶ τοῦ παρόντος καὶ τοῦ μέλλοντος. ἐπίστασθαι μὲν γὰρ λεγόμεθα τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα, οἷον ὅτι ἐσται ἥλιον ἔκλεψις, μνημονεύειν δὲ οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλ' ἡ τὸ παρεληλυθός. Huius loci auctoritate confirmes librorum lectionem ἄλλος εἰς τὸν χρόνον σκοπεῖν, nam idem apud Dionysium exstat, nisi quod ibi male σκοπεῖ legitur; sed praestat quod ex A et vet. tr. editum est; singulis enim locis ab initio huius capitinis illud ἐκ τοῦ additum est; sub finem demum hoc deest et infinitivus solus invenitur verbi σκοπεῖν, vid. loc. XX. XXII. XXV. XXVI.

Locus hic frequentissimus in orationibus veterum; Thucyd. III, 56. VI, 16. Lysias VII, 27. Isaeus IX, 14—16. Demosth. Olynth. III, 16. Cherson. 34—37, in Androt. 6—7 ibiq. interpp. de falsa leg. p. 414. Isocrat. Antid. 33—35. de bigis 15. Trap. 45—47. Callim. 17—18. 25—26. Euthyn. 11.

28 οἶον ὡς Ἰφικράτης ἐν τῇ πρὸς Ἀρμόδιον] ἀπολογίᾳ puto, περὶ τῆς εἰκόνος, qua se adversus Harmodium, qui ipsum statua indignum dixerat, defendit, Dionys. de Lys. 12. Pseudoplut. vit. Lys. sub finem, Muret. var. lect. VIII, 22. Ruhnk. histor. crit. p. 58. Aristides tom. II p. 518 Dind. de hac ipsa oratione: ἂρος οὖν διῆλθές ποτ' αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν τὴν ὑπὲρ τῆς δωρεᾶς; καίτοι τίθει μὲν εἰ βούλει, Λυσίου τὸν λόγον εἰναι, τίθει δὲ Ἰφικράτους, εἰ τοῦτο αἰρεῖ. Aristoteles ipsius fuisse Iphicratidis orationem non dubitavit. Conf. Clinton Fasti Hell. p. 121 Kr.

31 καὶ πάλιν πρὸς τὸ Θηβαίους διεῖναι Φίλιππον εἰς τὴν Ἀττικήν] Paulo ante proelium ad Chaeroneam commissum; Philippi Thessalorum ceterorumque sociorum legatos Thebanos incitantes id postulasse memorat Demosth. pro Ctesiph. § 213 p. 299: τὸ δὲ οὖν κεφάλαιον, ηξίουν ὡν μὲν εὗ πεπόνθεσσαν ὑπὸ Φιλίππου χάριν αὐτοὺς ἀποδοῦνται, ὡν δὲ ὑφ' ὑμῶν ἡδίκηντο δίκην λαβεῖν, ὅποτέρως βούλονται, ἡ διέντας αὐτοὺς ἐφ' ὑμᾶς ἡ συνεμβαλόντας εἰς τὴν Ἀττικήν, καὶ ἐδείκνυσσαν, ὡς φοντο, ἐκ μὲν ὡν αὐτοὶ συνεβούλευον τὰ ἐκ τῆς Ἀττικῆς βοσκήματα καὶ ἀνδράποδα καὶ τέλλα ἀγαθὰ εἰς τὴν Βοιωτίαν ἤξοντα, ἐκ δὲ ὡν ὑμᾶς ἐρεῖν ἔφασσαν τὰ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ διαρπασθησόμενα ὑπὸ τοῦ πολέμου. Ipsius regis hoc dictum esse non constat; dixisset

enim καὶ πάλιν τὸ τοῦ Φιλίππου πρὸς τό, ut supra Iphicratem appellavit; vix honoris causa eum non nominavit; legatos qui a Philippi partibus steterant, quorum nomina ex Marsya Plut. Dem. 18 servavit, ut Thebanis persuaderent, hoc argumentum excogitasse puto; cur vero hoc illi flagitarent, docent Demosthenis verba § 146 p. 276: ἦν δὲ (Φίλιππος) οὕτ' ἐν τῇ θαλάττῃ τότε κρείττων ὑμῶν οὕτ' εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθεῖν δυνατὸς μήτε Θετταλῶν ἀκολουθούντων μήτε Θηβαίων διεντων. Aeschines in Ctesiph. de Demosthene § 151: γράψειν ἔφη ψήφισμα .. πέμπειν ὑμᾶς πρέσβεις εἰς Θῆβας αἰτήσοντας Θηβαίους δίοδον ἐπὶ Φίλιππον. Apud Dionysium exstat πρὸς τὸ διὰ Θηβαίων διεναι .. βοηθῆσαι Φωκεῖς .. καὶ διέσπευσε μὴ δώσοντιν librariorum culpa.

3 ἄλλος ἐκ τῶν εἰδημένων καθ' αὐτοὺς πρὸς τὸν εἰ-^{pag. 1398} πόντα] Sextus locus; Rhet. Gr. V, 404: ἔβδομος ἐκ τῶν ἡρμένων πρὸς τὸ ὑποκείμενον, οἷον δεῖ τὸν μείζονα ὑπερέχειν κατ' ἀρετὴν, εἰ δὲ μή, γέλοιον ἀν εἶη, εἰ δὲ χείρων ἀνακρίνοι τὸν βελτίω. In quibus facile epitomatoris falcem agnoscas; non enim intelligas quae ex Aristotele lucem accipiunt; fortasse exciderunt quaedam. καθ' αὐτῶν vir doctus in exemplo edit. Morell. ap. Gaisf. An est, quae inter se dixerunt? at tum et verba πρὸς τὸν εἰπόντα inepta sunt. καθ' αὐτοὺς, ut κατὰ σέ, κατὰ τὸν πάππον, modum et morem indicare videtur, tum vero κατ' αὐτοὺς dicendum erat. Schol. 44, 14: ἐκ τῶν εἰδημένων καθ' ἑαυτούς, ἦτοι ἐξ ὅν εἰπον καὶ ἐπραξαν ἀν ἐκεῖνοι οἱ ἀξιοῦντες τόδε γενέσθαι ἐπιχειρητέον, qui deinde bis Aristophontem in Antiphontem mutat. In Rhet. Gr. libri omnes ἡρμένων, tum cod. Mon. πρὸς τὸν ὑποκρινόμενον, num ἀποκρινόμενον? Sed Aristoteles verbis πρὸς τὸν εἰπόντα eum qui accusat intelligit, τὸν κατηγοροῦντα. Num fortasse scribendum ἡρημένων? ut αἴρεσις intelligatur, quam quis et vitae agendae et reipublicae administranda elegerit, res ex Demosthene celebrata; certe est ex moribus vitae sumptum.

Demosth. pro Ctesiph. § 124: ἥδη δ' ἐπὶ ταῦτα πορεύομαι, τοσοῦτον αὐτὸν ἐρωτήσας. πότερόν σέ τις, Αἰσχύνη, τῆς πόλεως ἔχθρὸν ἢ ἐμὸν εἶναι φῆ; ἐμὸν δῆλον ὅτι. εἶτα οὖ μὲν ἦν παρ' ἐμοῦ δίκην κατὰ τοὺς νό-

μους ὑπὲρ τούτων λαβεῖν, εἰπερ ἡδίκουν, ἔξελιπες, ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν ταῖς γραφαῖς, ἐν ταῖς ἄλλαις κρίσεσιν· οὗ δ' ἐγὼ μὲν ἀδόξος ἅπασι, τοῖς νόμοις, τῷ χρόνῳ, τῇ προθεσμίᾳ, τῷ κεκρίσθαι περὶ πάντων πολλάκις πρότερον, τῷ μηδεπώποτε ἔξελεγχθῆναι μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, τῇ πόλει δ' ἥ πλέον ἥ ἔλαττον ἀνάγκη τῶν γε δημοσίᾳ πεπραγμένων μετεῖναι τῆς δόξης, ἐνταῦθα ἀπήντηκας; ὅρα μὴ τούτων μὲν ἐχθρὸς ἦς, ἐμὸς δὲ προσποιῆς.

4 διαφέρει δὲ ὁ τρόπος] Mores sunt qui in hac re in discrimen vocantur; mores enim et vita eminent et litigantes discernit; sic defendo τρόπος, ne τόπος corrigam, quod interpretatur Victorius, vertit Muretus; scripsisset, ni fallor, οὗτος ὁ τόπος.

4 οἶον ἐν τῷ Τεύκω] Sophoclis puto; si alias esset, nomen addidisset; conf. III, 15, unde Teucrum se contra Ulixis calumnias eadem ratione qua Iphicratem adversus Aristophontem, defendisse probabile fit. Euripidem quoque in Telepho hac exornatione usum esse Valcken. Diatr. p. 211 docuit.

5 ὃ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα] Aristides περὶ τοῦ παραφθέγματος tom. II p. 519 Dind., ubi plura de Iphicrate et hac causa: ἂρος οὖν περὶ μὲν τῆς δωρεᾶς ἀπολογούμενος παρρησίᾳ τινὶ χρώμενος φαίνεται, κινδυνεύων δὲ ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ὑπὸ Ἀριστοφῶντος μετέθετο; ἀλλὰ κάκει τὴν φύσιν διεσώσατο. ἐρόμενος γὰρ τὸν Ἀριστοφῶντα, ὡς φασι, σὺ δ' αὐτὸς εἰ κύριος ἦσθα τῶν νεῶν, πότερον προῦδωκας ἢν ἥ οὐ; ἐπειδὴ ἀπέφησεν ὁ Ἀριστοφῶν, εἴτα σὺ μὲν οὐκ ἢν προῦδωκας ἢν Ἀριστοφῶν, Ἰφικράτης δὲ προῦδωκεν; Quintil. V, 12, 9: *his quidam probationes adiiciunt, quas παθητικὰς vocant, ducas ex affectibus; atque Aristoteles quidem potentissimum putat ex eo, qui dicit, si sit vir optimus, quod ut optimum est, ita longe quidem, sed sequitur tamen videri; inde enim illa nobilis Scauri defensio: Quintus Varius Sucronensis ait Aemilium Scaurum rempublicam populi Romani prodidisse, Aemilius Scaurus negat. Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia rempublicam proditus esset, isque id negasset; quod igitur, inquit,*

tu non fecisses, ego feci? Intuendum autem et, qui sit, apud quem dicimus, et id, quod illi maxime probabile videatur, requirendum. Quintil. intelligit verba I, 2: ἀλλὰ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἥδος. Valcken. Eurip. Diatrib. p. 211. et Spald. ad l. De Scauro vid. Meier Fragm. orat. Roman. p. 129. et de Scipione simile ibidem p. 6., simile et ap. Polyb. fragm. Vatic. XIV, 5 ibique Maius. Conf. Clinton Fasti Hell. p. 137. — Haud multum aliena sunt quae Demosth. pro Ctesiph. § 10 contra Aeschinem profert: περὶ μὲν δὴ τῶν ιδίων ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ, θεάσασθε ὡς ἀπλᾶ καὶ δίκαια λέγω. εἰ μὲν ἵστε με τοιοῦτον οἶνον οὗτος ἥτιατο, οὐ γὰρ ἄλλοθι που βεβίωκα ἢ παρ' ὑμῖν, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδ' εἰ πάντα τὰ κοινὰ ὑπέρεν πεπολίτευματι, ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἥδη· εἰ δὲ πολλῷ βελτίω τούτου καὶ ἐκ βελτιόνων καὶ μηδενὸς τῶν μετρίων, ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω, χείρονα καὶ ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ὑπειλήφατε καὶ γιγνώσκετε, τούτῳ μὲν μηδ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων πιστεύετε· δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως ἀπαντήσετε· ἐμοὶ δ', ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδέδειχθε ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρότερον γεγενημένων, καὶ νῦν παράσχεσθε.

Vir. doct. in exemplo edit. Morell. apud Gaisford. καὶ ὡς ἔχοησατο.

7 οὐκ ἀν προδοίης] οὐ προδοίης A, vet. tr., et fortasse particula ex superioribus intelligi potest.

11 ἀλλὰ πρὸς ἀπιστίαν τοῦ κατηγόρου] Sed contra accusatorem, cuius dictis auditores nullam fidem praestent, quod non aequae caste integreque vivit, talia dicenda sunt. Muretus probante Vatero p. 130 omnia haec ἀλλὰ . . τοῦ φεύγοντος omittit, sed idem p. 775 in scholiis ad verba τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν ἀει (vel ut ipse vertit δεῖ), eorum quae omiserat, versionem adnotationis loco adscripsit ibique non ἀλλά, sed ἄλλος, aliis, vertit. Non attenderat vir ingeniosus, hunc locum ab auctore non accusatori, sed ei qui causam dicit, scriptum esse. Gaisfordus verba οἶνον ἐν τῷ Τεύχῳ . . εἰπειεν omnia διὰ μέσου esse putat, excellit autem hic modus (vel locus) sed ad fidem accusatori detrahendam. Id non admittunt verba δεῖ δ' ὑπάρχειν, inde enim iam explicat usum huius loci,

referturque κατηγόρου ad verbum quod praecedit κατηγοροῦντα.

Non idem quidem, sed non dissimile est, quod accusator Demosth. ap. Rut. Lup. II, 4: *atqui ego illum, iudices, arbitrator Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis eius pudori ac probitati. Sed ego Lycurgum vobis praesentibus hoc unum interrogabo, velitne se similem esse illius factis et moribus? quod si negarit, satisfactum vobis esse de veritate nostra debet.*

12 τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν ἀεί] Postremum A servat, quod plerique omittunt; non male; ἀεὶ δὲ C et ita graecus interpr.: δεῖ οὖν ἀεὶ ἐλέγχειν τοῦτο, ὅτι οὐ κρείττον ὁ κατήγορος. Certatim correxerunt δεῖ Muretus, Rassow emend. Arist. p. 9, Vahlen p. 35, Thurot p. 250 (ἀλλὰ πρὸς . . τοῦτ' ἐξελέγχειν δεῖ).

15 ἄλλος ἐξ ὀρισμοῦ] Septimus locus; Rhet. Gr. V, 405: ἐκκαιδέκατος ἐξ ὀρισμοῦ, οἷον κύριος φρόνιμος τῶν πάνυ ἀγαθῶν καὶ ὁ ἀνδρεῖος πάνυ τῶν ἀναγκαίων. Minnianus IX, 607. Cicero de orat. II, 164. Posteriorem στάσιν in iudiciali genere fecerunt, de qua vid. Ernesti Lexic. Technol. s. v. ὅρος et definitio; alii figuram, ut Rutil. Lupus II, 5.

Saepe oratores hoc utuntur loco, ut Isoer. Antid. § 270 quid sit φιλοσοφία. § 281 seq. cl. 275 πλεονεκτεῖν. Lysias III, 41—43 ἐκ προνοίας, XXVII, 8 ἔκποιος. Demosth. adversarios confutans seque ἀνδρεῖον esse confirmans de Chernon. § 68—72.

16 ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν ἀλλ' οὐδὲ θεοῦ ἐργον] Ex Platonis Apologia p. 110 (27): ἀλλ' οὖν δαιμόνια γε νομίζω κατὰ τὸν σὸν λόγον . . εἰ δὲ δαιμόνια νομίζω, καὶ δαιμονιας δήπου πολλὴ ἀνάγκη νομίζειν ἐμέ ἐστιν . . τοὺς δὲ δαιμονιας οὐχὶ ἥτοι θεούς γε ἡγούμεθα οὐδὲν παῖδας, φῆσθαι οὐδὲ πάνυ γε. οὐκοῦν εἴπερ δαιμονιας ἡγοῦμαι, ὡς σὺ φήσεις, εἰ μὲν θεοί τινές εἰσιν οἱ δαιμονες, τοῦτ' ἀν εἴη ὁ ἔγω φημί σε αἰνίτεσθαι καὶ χαριεντίζεσθαι, θεούς οὐχὶ ἡγούμενον φάναι ἐμὲ θεούς αὐτὸν εἶσθαι πάλιν, ἐπειδήπερ γε δαιμονιας ἡγοῦμαι! εἰ δὲ αὐτὸι δαιμονες θεῶν παῖδες εἰσιν νόθοι τινές ηγοῦμαι, τίς ἀν ἀνθρώ-

πων θεῶν μὲν παῖδας ἥγοῦτο εἶναι, θεοὺς δὲ μὴ; διμοίως γὰρ ἀντοπον εἶη, ὡσπερ ἀντεῖ τις ἵππων μὲν παῖδας ἥγοῦτο καὶ ὄντων τοὺς ἡμιόνους, ἵππους δὲ καὶ ὄνους μὴ ἥγοῦτο εἶναι. Conf. Schleierm. ad h. l. p. 434. Astius vita Plat. p. 483. Vides interrogationem esse apud Platonem, quam etiam Aristotelem servasse, quod in A legitur, docet: τί τὸ δαιμόνιόν ἐστιν, ἔστι τοῦ θεός, ubi reponendum: ἂρούσθι οὐθὲν οὐχ οἱ δαιμονες ἦτοι θεῶν παῖδες εἶνεν ηθεῖσιν τι.

18 καὶ ὡς Ἰφικράτης, ὅτι γενναυότατος ὁ βέλτιστος] Haec ut Harmodii et Aristogitonis mentio docet et infra τὰ σά, ex eadem adversum Harmodium apologia, quam supra Aristoteles laudavit, sumpta sunt; apud Aristidem tom. II p. 519 Dind. ex illa haec: καὶ μνησθεὶς Ἀριστογίου καὶ Ἀριστογείτονος, οὓς Ἀθηναῖοι πρώτους ἀπάντων τῶν εὐεργετῶν ἥγον, ηθούς παραλαβεῖν ἀν αὐτούς φησιν ηθούς ἐκείνων παρακληθῆναι, εἰ πατέρα ἐκείνους ἐγένετο. καὶ ὑμεῖς μὲν φησὶν οἰεσθε, ὡς ἀνδρες Ἀθηναῖοι, παρούσης ὑμῶν ταῦτα μοι γράμματα καὶ τὴν στήλην εἶναι τι σεμνόν, ἐμοὶ δὲ στήλη οὐδανομήκησε ἐστηκεν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μαρτυροῦσα τὴν ἀρετήν. Ex eadem videatur esse apologia quod in Rhet. Gr. V, 406 de etymologia: καὶ ὡς Ἰφικράτης· ὁ γὰρ πατήρ πρὸς μὲν ἀνδρῶν ηθούς εὐπατριδῶν, ὡς τὴν εὐγένειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ἡδιόν ἐστι γνῶναι. Sed corrigendum est Ἰσοκράτης, est enim de bigis § 25.

A addito articulo ὡς ὁ Ἰφικράτης, ut p. 1399, 33 οἶον ὁ Ἰφικράτης.

22 καὶ ὡς ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ] Incerti oratoris laudatio, ut Isocratis Ἐλένη, cuius auctor Alexandrum una muliere contentum κόσμιον fuisse probabat.

24 καὶ δι' ὁ Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον] Vid. Menagius ad Diog. Laert. II, 5, 25. Schneid. ad Xenoph. Apolog. § 17. Ethic. Nicom. VIII, 15: τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει, ἀλλ' ἐὰν ηθούς γαρέτεις, ἀμύνεται εὖ δοῶν, ubi unus Bekkeri codex cum vulgata ἀμείβεται.

26 εὖ παθόντα] Λ καὶ εὖ παθόντας, quod ferri potest.

28 ἄλλος ἐκ τοῦ ποσαχῶς, οἶον ἐν τοῖς τοπικοῖς περὶ

τοῦ ὁρθῶς] Octavus locus, qui in posteriorum rhetorum scriptis non invenitur et latet in praecedenti loco, definitione, in qua ipsa diversa verborum significatio negligi non potest. Quomodo hoc sit considerandum, in Topicis I, 15 multis exponit, sed exemplum *περὶ τοῦ ὁρθῶς* neque ibi, neque omnino in illis libris invenies; itaque omittit haec Muretus, Victorius disciplinam topicam, non libros de ea compositos intelligit. Riccobonus p. 263 et ante eum Robortellus contra linguae indolem et auctoris dicendi rationem interpretantur: in Topicis recte de hoc disputatum est, unde *περὶ τούτου ὁρθῶς* legunt. Vocabulum *πολλαχῶς λεγόμενον* sane esse potest; dicitur enim de figura, cui contrarium *τὸ καμπύλον*, de moribus, de oratione, sed hic non quadrat. Brandis p. 19: *περὶ τοῦ εἰ ὁρθῶς*.

29 ἄλλος ἐκ διαιρέσεως] Nonus locus; Rhet. Gr. V, 405: ένδέκατος ὁ ἐκ τῆς διαιρέσεως, οἷον εἰ τῶν φαύλων τὴν ἀλογίαν ἡγητέον, πᾶς οὐκ ἐπαινετέα τῶν λογικῶν ἡ πατάστασις; quod contrarii, non partitionis vel divisionis est exemplum. Conf. Ernesti lexic. techn. Auctori ad Herennium est exornatio, quam *expeditionem* appellat IV, 29, 40.; alii enumerationem dicunt. Cic. de orat. II, 165.

Exemplum sumptum est ex Isocratis Antidosi § 217—220 integre hic reddendum: *πρῶτον μὲν οὖν ὁρίσασθαι δεῖ τίνων ὁρεγόμενοι καὶ τίνος τυχεῖν βουλόμενοι τολμῶσι τινες ἀδικεῖν . . . ἐγὼ μὲν οὖν ἥδονης ἢ νέρδονος ἢ τιμῆς ἔνεκα φημὶ πάντας πάντα πράττειν· ἔξω γὰρ τούτων οὐδεμίαν ἐπιθυμίαν ὁρῶ τοῖς ἀνθρώποις ἐγγιγνομένην. εἰ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει, λοιπόν ἔστι σκέψασθαι τί τούτων ἀνήμην γίγνοιτο διαφθείροντι τοὺς νεωτέρους. πότερος ἀνήσθείημεν ὁρῶντες ἢ καὶ πυνθανόμενοι πονηροὺς αὐτοὺς ὅντας καὶ δοκοῦντας τοῖς συμπολιτευομένοις; καὶ τίς οὕτως ἔστιν ἀναίσθητος ὅστις οὐκ ἀνάλγήσει τοιαύτης διαβολῆς περὶ αὐτὸν γιγνομένης; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀνθεμασθεῖμεν οὐδὲ τιμῆς μεγάλης τύχοιμεν τοιούτους τοὺς συνόντας ἀποπέμποντες, ἀλλὰ πολὺ ἀν μᾶλλον παταρφονηθεῖμεν καὶ μισηθεῖμεν τῶν ταῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐνόχων ὅντων. καὶ μὴν οὐδὲ εἰ ταῦτα παρίδοιμεν, χοήματα πλεῖστ' ἀν λάβοιμεν οὕτω παιδείας προεστῶτες. οἵμαι γὰρ*

δήπου τοῦτό γε πάντας γιγνώσκειν, ὅτι σοφιστὴ μισθὸς πάλλιστός ἐστι καὶ μέγιστος, ἦν τῶν μαθητῶν τινὲς καλοὶ κάγαδοὶ καὶ φρόνιμοι γένωνται καὶ παρὰ τοῖς πολίταις εὐδοκιμοῦντες· οἱ μὲν γὰρ τοιοῦτοι πολλοὺς μετασχεῖν τῆς παιδείας εἰς ἐπιθυμίαν καθιστᾶσιν, οἱ δὲ πονηροὶ καὶ τοὺς πρότερον συνεῖναι διανοούμενους ἀποτρέπουσιν. ὥστε τίς ἂν ἐν τούτοις τὸ κρείττον ἀγνοήσειν, οὕτω μεγάλην τὴν διαφορὰν τῶν πραγμάτων ἔχοντων; Isaei fragm. I, 1—3. Isocr. Busir. § 42 seq.: τὸν δὲ θεοὺς οὐδεμίαν ἡγεῖ τῆς τῶν παίδων ἀρετῆς ἔχειν ἐπιμέλειαν. καίτοι κατὰ τὸν σὸν λόγον δυοῖν τοῖν αἰσχίστοιν οὐδιαμαρτάνονται· εἰ μὲν γὰρ μηδὲν δέονται χρηστοὺς αὐτοὺς εἶναι, χείρους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν, εἰ δὲ βούλονται μέν, ἀποροῦσι δ' ὅπως ποιήσουσιν, ἐλάττω τῶν σοφιστῶν τὴν δύναμιν ἔχουσιν. Gorgiae qui dicitur Helena, cuius lusus ex tali constat divisione.

32 ἄλλος ἐξ ἐπαγωγῆς] Decimus locus; ex hoc duos fecit auctor in Rhet. Gr. V, 405: ἔννατος ἐκ τοῦ παραδεύγματος· ἄτοπον γὰρ εἰ κυβερνήτας μέν τις μὴ κλήρῳ προβάλλεται, στρατηγὸς δὲ κλήρῳ προβάλλεται. δέκατος ὁ ἐξ ἐπαγωγῆς οἰον Ἀλυάττου καὶ Κανδαύλου, ἕτι δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου πολεμίων ἡμῖν φωραθέντων ἀεί, τίς ἂν πιστεύειν εὕνουν ἡμῖν καθεστάναι Κροῖσον; ubi et Ἀλυάττου male repetitum nec Candauli locus esse videtur; exspectamus Ardym potius et Sadyattem, Herod. I, 14 seqq. Ciceroni est ex similibus de orat. II, 168. Quintil. V, 10 p. 418.

33 ἐκ τῆς Πεπαρηθίας] Orationem fuisse credas; Eustathius ad Od. I, 215:

μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'. οὐ γάρ πώ τις ἐὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
adnotat: δοκεῖ δὲ καὶ τῷ Ἀριστοτέλει τὰ εἰρημένα ὁρθῶς
ἔχειν, ὃς φησιν ὡς ἄριστα περὶ τῶν τέκνων κρίνονταιν αἱ
γυναικες, διό φησι Πεπαρηθία τις γυνὴ μαρτυρήσασα
οἰκεῖόν τινα εἶναι παῖδα ἔλυσε τὴν περὶ ἐκείνου ἀμφι-
βολίαν.

33 ὅτι περὶ τῶν τέκνων αἱ γυναικες πανταχοῦ διο-

φύζονσι τάληθές] Herodot. VI, 67—69. Dio orat. XV p. 446 R. Isaeus fragm. I, 9: καὶ πρὸς ταῖς μαρτυρίαις, ὡς ἄνδρες δικασταί, πρῶτον μὲν ἡ τοῦ Εὐφιλήτου μήτηρ, ἣν οὗτοι ὁμολογοῦσιν ἀστὴν εἶναι, ὅρκον ὁμόσαι ἐπὶ τοῦ διαιτητοῦ ἔβούλετο ἐπὶ Δελφινίω ἥ μὴν τοντονὶ Εὐφίλητον εἶναι ἔξ αὐτῆς καὶ τοῦ ἡμετέρον πατρός. καίτοι τίνα προσῆκε μᾶλλον αὐτῆς ἐκείνης τοῦτο εἰδέναι; Aristot. Polit. II, 3 p. 1262, 14—24.

^{pag.}
1398b 1 τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθήνησι Μαντίᾳ τῷ δήτοι ἀμφισβητοῦντι πρὸς τὸν νιὸνι ἡ μήτηρ ἀπέφηνεν] Haec est causa, ex qua constant orationes πρὸς Βοιωτὸν p. 995 § 2 — 4. 1010 § 8 seqq.

3 Δωδωνὶς] δαδμονὶς A.

8 τὰς ἀλλοτρίας ναῦς] Intelligendum vel addendum τὰς οἰκείας. — Sic et censor quidam Litt. Centralblatt 1854 p. 12 illa verba supplet.

13 πολίτην] πολιτικὸν corrupte A. Alcidamas Homerum Chium suisse aperte negavit.

13 Χίλωνα τῶν] Χείλωνα καὶ τῶν A, num Χίλωνα ἔνα καὶ τῶν?

14 ἦκιστα φιλόλογοι] Strab. I, 103. Plat. legg. I, 641 (213 Bkk.).

16 καὶ Ἀθηναῖοι] ὅτι Ἀθηναῖοι A apud Vict. et Gaisf., quod Bekkerum fugit, neque haec iis, quae praecedunt, adhaerent; imo novum incipit exemplum ἐπαγωγῆς eiusdem fortasse Alcidamantis, eos qui philosophorum legibus et institutis uterentur, felici frui statu, εὐδαιμονεῖν; licet his Platonis sententiam et rempublicam commendare. — Lacunam indicavit Vahlen, Bekker³.

19 ἄλλος ἐκ κρίσεως] Undecimus locus; Rhet. Gr. V, 405: δωδέκατος ὁ ἐκ τῆς κρίσεως ὁρῶντες γὰρ Φίλιππον καὶ τὰ Φιλίππον κατὰ τῶν Ἀθηναίων μηχανήματα δυσμενῆ καὶ κακόνουν πάντως αὐτὸν τῇ πόλει λογισόμεθα. At hoc non est, quod veteres ἐκ κρίσεως dixerunt, vid. Apsines IX, 526. Minucianus IX, 611. Theon progymn. cap. 7, 12 ibiq. Finckh. Auctori ad Herenn. II, 13. 19. est ex iudicato, item Ciceroni de invent. I, 30, 48. II, 22, 68. Quintil. V, 11 p. 447. ad Anaxim. p. 113. De Haloneso § 39. Lysias I, 2.

20 μάλιστα μὲν εἰ πάντες καὶ ἀεί] Top. I, 1: ἔνδοξα δὲ τὰ δοκοῦντα πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς σοφοῖς καὶ τούτοις ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις καὶ ἔνδοξοις. ibidem: οὕτε γὰρ τὰ πᾶσι δοκοῦντα λαμβάνει οὕτε τὰ τοῖς πλείστοις οὕτε τὰ τοῖς σοφοῖς καὶ τούτοις οὕτε τὰ πᾶσιν οὕτε τοῖς πλείστοις οὕτε τοῖς ἔνδοξοτάτοις. I, 10: ἔστι δὲ πρότασις μὲν διαλεκτικὴ ἐρώτησις ἔνδοξος ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς σοφοῖς καὶ τούτοις ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις μὴ παράδοξος. I, 14: τὰς μὲν οὖν προτάσεις ἐκλεκτέον . . ἢ τὰς πάντων δόξας προχειριζόμενον ἢ τὰς τῶν πλείστων ἢ τὰς τῶν σοφῶν καὶ τούτων ἢ πάντων ἢ τῶν γνωριμωτάτων. Haec et alia plura exempla docent, lectio-nem quorundam librorum ἢ οἱ πλείους usui auctoris repu-gnare. Exspectamus vero etiam hoc loco, ne sit ambiguum, ἢ σοφοί, καὶ τούτων ἢ πάντες

21 εἰ δὲ μή, ἀλλ’ οἱ γε πλεῖστοι] Sic A ex usu Aristotelis, qui posteriorum morem εἰ δὲ μή γε, ἀλλὰ ignorat; ceteri libri cum vet. tr.: ἀλλ’ ἢ οἱ πλεῖστοι.

21 ἢ σοφοί ἢ πάντες ἢ οἱ πλεῖστοι] In A exciderunt δύοιοι τελεύτῃ, unde ceteros codices ex eo descriptos non esse, sed integriorem librum iis auxilio fuisse apparent; nam ingenio haec aliquem supplevisse parum probabile est.

22 ἢ εἰ αὐτοὶ] καὶ αὐτοὶ A, quod mutatum esse non mirum est. Alterum οἱ κρίνοντες non deest in A, quod Beckerus dicit, imo ceteri omnes haec ignorant, et solus A cum vet. tr. ea servat.

23 οἶόν τε] οἴονται corrupte A, vet. tr. Cf. p. 1389, 25.

27 ἵκανως] καλῶς A, bene vet. tr. Non modo hoc, sed etiam quod sequitur in A τὰ δίκαια pro δίκην probamus.

28 ἢ ὥσπερ Σαπφώ, ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν] Gre-gor. Corinth. in Hermog. VII p. 1153: ἡ δὲ ἐπενθύμησίς ἐστιν ἐνθύμημα ἐπιφερόμενον, οἶόν φησιν ἡ Σαπφώ ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν, οἱ θεοὶ γὰρ οὕτω κεκρίκασιν ἀπέθνησκον γὰρ ἄν, εἴπερ ἦν καλὸν τὸ ἀποθνήσκειν. Vid. Sapph. Fragm. ed. Neue p. 41. Arist. Ethic. Eud. III, 1 p. 1229 b, 35.

29 ὡς Ἀρίστιππος] ὥσπερ pro ὡς A. Utinam addidisset

Aristoteles, quale fuisset Platonis dictum quod a Socratis doctrina abhorreret.

31 ἀλλὰ μὴν ὅ γ' ἔταιρος ἡμῶν, ἔφη, οὐθὲν τοιοῦτον] Similiter Cimon ap. Plut. cap. 16: καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπὶ παντὶ μεγαλύνων τὴν Λακεδαιμόνια πρὸς Ἀθηναίους καὶ μάλιστα ὅτε τύχοι μεμφόμενος αὐτοῖς ἥτις παροξύνων, ὡς φησι Στησίμβροτος, εἰώθει λέγειν· ἀλλ' οὐ Λακεδαιμόνιοι γε τοιοῦτοι.

32 καὶ Ἡγῆσιππος ἐν Δελφοῖς ἐπηρώτα τὸν θεόν] Xenophon Hell. IV, 7, 2: ὁ δὲ Ἀγησίπολις ἐπεὶ ἔγνω ὅτι εἴη αὐτῷ ἡγητέον τῆς φρονδᾶς καὶ τὰ διαβατήρια θυμομένῳ ἐγένετο, ἐλθὼν εἰς τὴν Ὄλυμπιαν καὶ χρηστηριαζόμενος ἐπηρώτα τὸν θεόν εἰ δύσις ἂν ἔχοι αὐτῷ μὴ δεχομένῳ τὰς σπουδὰς τῶν Ἀργείων, ὅτι οὐχ ὅπότε καθήκοι ὁ χρόνος, ἀλλ' ὅπότε ἐμβάλλειν μέλλοιεν Λακεδαιμόνιοι, τότε ὑπέφερον τοὺς μῆνας. ὁ δὲ θεός ἐπεσήμανεν αὐτῷ δύσιον εἶναι μὴ δεχομένῳ σπουδὰς ἀδίκως ὑποφερομένας. ἐκεῖθεν δὲ εὐθὺς πορευθεὶς εἰς Δελφοὺς ἐπήρετο αὖ τὸν Ἀπόλλωνα, εἰ κάκεινω δοκοίη περὶ τῶν σπουδῶν καθάπερ τῷ πατρί. ὁ δ' ἀπεκρίνατο καὶ μάλα κατὰ ταῦτα. Iam Victorius hunc locum indicavit, non tamen Aristoteli eandem rem narrare et corruptum Ἡγῆσιππος in Ἀγησίπολις (Plutarchus Agesilaο tribuit, vid. Schneid. ad Xen.) emendandum esse intellexit; Muretus qui *Agesipolis* vertit, verum vidit. Nunc vero iam dudum doctum Graecum, qui codicem quo latinus interpres usus est, emendavit, idem perspexisse docemur; ibi enim exstat *Egesippus polis vel*, quae varietas est lectionis *polis l'*

Egesippus. Est vero Ἡγῆσιπολις vulgaris ionica forma pro Ἀγεσίπολις. Αἱρετα, interrogabat vet. tr., quod sufficit. — Ἀγησίπολις Bekker³.

1399 2 καὶ περὶ τῆς Ἐλένης ὡς Ἰσοκράτης ἔγραψεν ὅτι σπουδαίᾳ] Theon progymn. 8, 7: δεῖ δὲ λαμβάνειν καὶ τὰς κρίσεις τῶν ἐνδόξων καθάπερ οἱ ἐπαινοῦντες Ἐλένην ὅτι Θησεὺς προέκρινε. De Theseo vid. Isocr. Hel. § 18—38.

3 καὶ περὶ Ἀλεξάνδρου, ὃν αἱ θεαὶ προέκριναν] Isocrat. ibidem § 41—48, ubi Alexandrum hoc ipso argumento ab aliorum vituperatione defendit. Supra I, 6: καὶ ὁ τῶν φρο-

νίμων τις ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἡ γυναικῶν προέκοινεν οἶον Ὁδυσσέα Ἀθηνᾶ καὶ Ἐλένην Θησεὺς καὶ Ἀλέξανδρον αἱ θεαὶ καὶ Ἀχιλλέα Ὄμηρος.

4 καὶ περὶ Εὐαγόρου, ὅτι σπουδαῖος, ὥσπερ Ἰσοκράτης φησίν] Isocrat. Euag. § 51 seqq.: Κόνωνα δὲ τὸν διὰ πλείστας ἀρετὰς πρωτεύσαντα τῶν Ἑλλήνων τίς οὐκ οἶδεν ὅτι δυστυχησάσης τῆς πόλεως ἐξ ἀπάντων ἐκλεξάμενος ὡς Εὐαγόραν ἦλθε νομίσας καὶ τῷ σώματι βεβαιοτάτην εἶναι τὴν παρ' ἐκείνῳ καταφυγὴν καὶ τῇ πόλει τάχιστ' ἀν αὐτὸν γενέσθαι βοηθόν. — Verba ὅτι σπουδαῖος Thurot post Ἀλέξανδρον ponit sine causa.

6 ἔττορες ἐκ τῶν μερῶν] Duodecimus locus; idem fere videtur qui supra ἐκ διαιρέσεως. Fort. hoc pertinet Rhet. Gr. V, 404: δεύτερος ὁ ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου καὶ ἐπὶ μέρους οὗτον εἰ εὐεργετούμενοι μισοῦμεν, καὶ κακὰ πάσχοντες ἀγαπήσομεν. At hoc exemplum est ἐκ τοῦ ἐναντίου.

6 ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, ποία κίνησις ἡ ψυχῆ] Exemplum in Topicis ter notatum, II, 4: ἐὰν οὖν τι τεθῆ λεγόμενον ἀπὸ τοῦ γένους ὅπωσδου οὗτον τὴν ψυχὴν κινεῖσθαι, σκοπεῖν, εἰ κατά τι τῶν εἰδῶν τῶν τῆς κινήσεως ἐνδέχεται τὴν ψυχὴν κινεῖσθαι, οὗτον αὐξεσθαι ἡ μειοῦσθαι ἡ φθείρεσθαι ἡ γίνεσθαι ἡ ὅσα ἄλλα κινήσεως εἰδη· εἰ γὰρ κατὰ μηδέν, δῆλον ὅτι οὐ κινεῖται. Οὗτος δὲ ὁ τόπος ποινὸς πρὸς ἄμφω πρός τε τὸ κατασκευάζειν καὶ ἀνασκευάζειν· εἰ γὰρ κατά τι τῶν εἰδῶν κινεῖται, δῆλον ὅτι κινεῖται καὶ εἰ κατὰ μηδὲν τῶν εἰδῶν κινεῖται, δῆλον ὅτι οὐ κινεῖται. Item IV, 2. 6. Igitur locus non solum δεικτικός, sed etiam ἐλεγκτικός est. Conf. de anima I, 3 p. 406, 12.

10 ἔττορες, ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν πλείστων συμβαίνει ὥσθ' ἐπεσθαί τι τῷ αὐτῷ ἀγαθὸν καὶ κακόν] Decimus tertius locus; Rhet. Gr. V, 405: πεντεκαιδέκατος ἐκ τῶν ἐπομένων καὶ ἀποβαινόντων καὶ ἐκ τῶν διὰ τῶν πρεπόντων, οὗτον οὐ δεῖ παιδείαν ἀσκεῖν· ἐπεται γὰρ φθόνος. In Victorii libro hic locus notatur: ὁ ἀπὸ ἐπιτιμῶν τινὶ ἀγαθῶν ἡ κακῶν, in quibus recte ἐπομένων corrigit; debebat et καὶ τακῶν emendare. Simile quid παρεπόμενον Minucianus IX, 605, 22, cuius expositio p. 610, 11 excidit, dixisse videtur.

Posteriores quidquid sequitur, bonum vel malum, consequens appellant, Cicero de orat. II, 170., Quintil. V, 10 p. 419. Conf. Arist. Top. II, 4 p. 111 b, 17.

Id Demosth. dicit τὰ συμβησόμενα σκοπεῖν in Aristocr. § 2: δεῖ δὴ πάντας ὑμᾶς, εἰς βούλεσθε ὁρθῶς περὶ τούτων μαθεῖν καὶ κατὰ τοὺς νόμους δικαίως κρῖναι τὴν γραφήν, μὴ μόνον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ ψηφίσματι ὁρμασι προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβησόμενα ἐξ αὐτῶν σκοπεῖν. Aptum exemplum huius rei praestat Cleon ap. Thucyd. III, 39 sententiam atrocissimam, qua omnes Mytilenaei trucidentur, hoc confirmans argumento: τῶν τε ξυμμάχων σκέψασθε, εἰς τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἐκοῦσιν ἀποστᾶσι τὰς αὐτὰς ξημίας προσθήσετε, τίνα οἵεσθε ὄντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀποστήσεσθαι, ὅταν ἢ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ἢ ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον; ἡμῖν δὲ πρὸς ἐκάστην πόλιν ἀποκενιδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί. καὶ τυχόντες μὲν πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες τῆς ἔπειτα προσόδου, δι’ ἣν ἵσχύομεν, τὸ λοιπὸν στερήσεσθε, σφαλέντες δὲ πολεμίους πρὸς τοῖς ὑπάρχοντιν. ἔξομεν, καὶ διὰ χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν. At Diodotus id potius ex Cleonis consilio sequi docet cap. 46: σκέψασθε γὰρ ὅτι νῦν μὲν, ἦν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῶ μὴ περιεσομένη, ἔλθοι ἀνέσ ξύμβασιν δυνατὴ οὖσα ἔτι τὴν δαπάνην ἀποδοῦναι καὶ τὸ λοιπὸν ὑποτελεῖν· ἐκείνως δὲ τίνα οἵεσθε ἄντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσασθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐσ τοῦσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῆ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάβῃ δαπανᾶν καθημένοις διὰ τὸ ἀξύμβατον, καὶ ἦν ἐλωμεν πόλιν, ἐφθαρμένην παραλαβεῖν καὶ τῆς προσόδου τὸ λοιπὸν ἀπ’ αὐτῆς στέρεοσθαι; ἵσχύομεν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους τῷδε. ὥστε οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλάπτεσθαι ἢ ὅρᾶν ὅπως ἐσ τὸν ἔπειτα χρόνον μετρίως κολάζοντες ταῖς πόλεσιν ἔξομεν ἐσ χρημάτων λόγον ἵσχυούσας χρῆσθαι, καὶ τὴν φυλακὴν μὴ ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεικότητος ἀξιοῦν ποιεῖσθαι, ἀλλ’ ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας.

11 τι τῷ αὐτῷ] αὐτοῖς ex A enotatum est, *ipsis aliquod* vet. tr., alii τι αὐτοῖς vel τι αὐτῷ habent.

13 οἶν τῇ παιδεύσει τὸ φθονεῖσθαι ἀκολουθεῖ· κακόν] Euripidis exemplum vid. II, 21.

15 ὁ τόπος οὗτος ἔστιν ἡ Καλλίππου τέχνη προσλαβοῦσα τὸ δυνατὸν καὶ τᾶλλα, ὡς εἰρηται] Si, ut verba indicare videntur, pracepta de arte rhetorica intelliguntur, non video quomodo haec, etiamsi quis accurate hos locos excusserit, rhetoricam artem exhaustant; at clara sunt omnia, si ars qua usus est Callippus (Isocratis discipulus? περὶ ἀντιδ. § 93) in orationibus componendis, designatur; item paulo post: ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος ὅλη τέχνη ἡ τε Παμφίλου καὶ ἡ Καλλίππου. Idem et de Thueydidis orationibus et Antiphontis tetralogiis valet. Postrema verba haud mediocriter offendunt; exspectamus enim non ὡς εἰρηται, non enim de Callippi arte quidquam antea dictum est, sed καὶ τᾶλλα ὅσ' εἰρηται, intelliguntur enim τὰ τελικὰ κεφάλαια, infra repetita, οἷον εἰ δυνατὸν καὶ ὄφελιμον ἡ αὐτῷ ἡ φίλοις ἡ βλαβερὸν ἔχθροις καὶ ἐπιζήμιον ἡ ἐλάττων ἡ ζημία τοῦ πράγματος, et quae supra cap. 19 exposuit. Aristoteles scripsisset: ὅσπερ εἰρηται. III, 2: τᾶλλα ὀνόματα ὅσα εἰρηται. Muretus: *hinc colligit scholiastes graecus quidam deesse*, neque in Anonymo neque in Stephano de hac re quidquam invenitur.

17 ἄλλος, ὅταν περὶ δυοῖν καὶ ἀντικειμένοιν ἡ προτρέπειν ἡ ἀποτρέπειν δέη] Decimus quartus locus, in Victorii libro ὁ ἀπὸ δύο ἀντικειμένων notatus. Auct. ad Herenn. II, 38.

18 καὶ τῷ πρότερον] Delendum καί, nisi aliquid excidit; dependet enim infinitivus ex ἄλλος.

21 οἶον ἴσχεια οὐκ εἴτα τὸν ιδίον δημηγορεῖν] Gregorius Cor. in Hermog. VII p. 1153: ἡ δὲ ἐπενθύμησίς ἔστιν ἐνθύμημα ἐπιφερόμενον οἷον . . οὐδὲ σε δημηγορεῖν· τὸ γὰρ δημηγορεῖν πρᾶγμα σφαλερὸν καὶ ἐπίφθονον· εἰ μὲν γὰρ τὰ δίκαια λέγεις, οἱ ἀνθρώποι σε μισήσουσιν, εἰὰν δὲ τὰ ἄδικα, οἱ θεοί. ταῦτα γοῦν μὴ προστεθέντα μὲν οὐ ζητοῦνται, εἰὰν δὲ προστεθῶσι, κατασκευάζονται

τὸν προτεθέντα νοῦν. Similiter Euripidis Tiresias in Phoen. v. 961 de sua arte:

ὅστις δ' ἐμπύρω χρῆται τέχνῃ,
μάταιος· ἦν μὲν ἔχθρὸς σημήνας τύχῃ,
πικρὸς καθέστηκ' οἷς ἀν οἰωνοσκοπῇ,
ψευδῆ δ' ὑπ' οἴκτου τοῖσι χρωμένοις λέγων,
ἀδικεῖ τὰ τῶν θεῶν· Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον
χρῆν θεσπιώδειν, ὃς δέδοικεν οὐδένα.

25 τοιτὶ δ' ἐστὶ ταῦτὸ τῷ λεγομένῳ τὸ ἔλος πρίασθαι καὶ τὸν ἄλλας] Incertum aliunde proverbium, cuius sensus ex integro loco satis appareat, de iis, qui bona mixta malis consequuntur; Maioragius de iis dictum censet, qui salinas emere non possunt, nisi cum stagnis sive paludibus adiunctis, quod iam schol. Steph. p. 293 finxit. Aliorum ineptias, ut ἔλκος, ἔλεος, ἔλαιον commemorare piget.

